5360. — Paroch. eccl. dicta La Bovillie, Briocen. di., (28 lib. tur.) per assecut. ab Oliverio Garini factam de scholastria eccl. Veneten. vac., confertur *Alano, dicto Boul*, mag. in art. — In e. m. præp. Anicien., et Goloyæ, ac Penthevriæ archidiaconis in eccl. Briocen. (*A.* 52, f. 26 v°; *V.* 125, n. 27.)

Datum *Avenione.*

10 (IV id.) *apr.*
Gr. pro Deo.

5361. — Paroch. eccl. s. Joannis supra Indriam, Turonen. di., (24 lib. tur., propter tenuitatem dicti valoris ad decimam non taxata), per assecut. ab Aimerico de Garda factam de canon. et præb. Turonen. ac archipresb. Lochensi in ead. eccl. Turonen., apud Sed. Ap. vac., confertur *Radulpho Clerici*, qui in ipsa paroch. eccl. residentiam facere et omnes ord. infra annum recipere tenetur, (super quo nequeat cum eo dispensari). Cassatur gratia exsp. benef. ad priorem s. Leodegarii in Bosco, O. S. B., Suessionen. di., pertin., ipsi dudum in forma pauperum concessa. — In e. m. Transligeren. et Transvigeren. archid.is in eccl. Turonen., ac scholast. Constantien. (*A.* 85, f. 314 v°; *V.* 126, n. 290.)

13 (id.) *apr.*
T. XI ½, XIII ½.

5362. — Sacristia eccl. Magalonen., O. S. A., per promot. Bernardi abb. monast. de Quadraginta, dicti ord., Narbonen. di., apud Sed. Apost. vac., confertur *Joanni de Cardona*, qui de eccl. Carcassonen., ejusd. ord., cujus can. existit, ad præfatam Magalonen. eccl. se transferre, et priorat. b. M. de Abbatia juxta Carcassonam dim. tenetur. — In e. m. ep.o Avenion., et abb. Montisolivi, ac decano s. Pauli de Fenolhedesio, Carcassonen. et Electen. di. (*A.* 52, f. 22, *V.* 125, n. 20.)

14 apr.
(XVIII kal. maii.)
T. XII, XIV.

5363. — Paroch. eccl. de Cantulupi, Rothomagen. di., (30 lib. tur.) per assecut. ab Hugone de Castanea factam de paroch. eccl. s. Jacobi de Dieppa, dictæ di., vac., confertur *Geraldo de Turno*, obtentu Petri, archiep.i Rothomagen.; cum cassat. gratiæ exsp. benef. ad prioris s. Valerici, O. S. B., Lemovicen. di., collat. pertin. — In e. m. thesaur. Laudunen., et scholast. Constantien., ac cantori Rothomagen. (*A.* 52, f. 23; *V.* 125, n. 21.)

18 apr.
(XIV kal. maii.)
T. XI ½, XIII ½.

5364. — Paroch. eccl. de Palma, Narbonen. di., per obit. Guillelmi de Cassio Castello apud Sed. Ap., prævia speciali reservat., vac. confertur *mag. Petro Pontii*, qui paroch. eccl. de Mercusio, Appamiarum di., dim. et in ipsa eccl. de Palma residentiam facere tenetur. — In e. m. ep.o Avenionen., et Fuxen., ac Montisolivi, Appamiarum et Carcassonen. di., abbatibus. (*A.* 85, f. 214 v°; *V.* 126, n. 128.)

20 apr.
(XII kal. maii.)
T. XIX ½.

5365. — *Manueli de Flisco, can. Eboracen., P. P. not., et priori s. M. de Tario, ac archipr. plebis s. Martini de Thoyrano, Placentin. et Albinganen. di.*, mand. ut præposituram colleg., curatæ et sæc. eccl. s. Laurentii Albinganen. (30 flor. auri), per obit. Jacobi apud Sed. Ap. prævia generali reservat. vac., conferant Joanni Gardini qui archipresb. paroch. de Pullio Albinganen. dim. tenetur. (*A.* 52, f. 30 v°; *V.* 125, n. 33.)

Ut s.
T. XI ½, XIII ½.

5366. — Canon., præb., archidiac. et nonnulla alia benef. eid. archidiac. annexa in eccl. Elnen., per consecrat. Aimerici, ep.i Nemausen., apud Sed. Ap. vac. conferuntur *Bertrando de Lacu*, Gaucelini, ep.i Albanen., famil. et commens., qui in dicta eccl. residentiam facere tenetur. — In e. m. Caturcen., et Melden. archid.is, ac præcent. Forojulien. (*A.* 85, f. 204 v°; *V.* 126, n. 111.)

21 apr.
(XI kal. maii.)
T. XI ½, XIII ½.

5367. — Canon. et præb. eccl. Lemovicen., per consecrat. Stephano ep.o Noviomen. ab ipso P. P. apud Sed. Ap. impensam vac., conferuntur *Audoyno Alberti*, bac. in leg., in quinto lecturæ suæ anno existenti; cum cassat. collat. canon. sub exspect. præb. in eccl. s. Radegundis Pictavien. — In e. m. s. Saturnini Tolosani, et s. Martialis Lemovicen. abbatibus, ac officiali Lemovicen. (*A.* 85, f. 199 v°; *V.* 126, n. 99.)

Ut s.
T. XI ½, XIII ½.

5368. — Paroch. eccl. de Lauraco, Mirapiscen. di., per consecrat. Stephani, ep.i Noviomen., apud Sed. Ap. vac., cum suis dependentibus et annexis confertur *Canhardo de Sabalhano*, L. D., can. Riven. et sacrist. Convenarum, qui archipresb. de Monte Astruco, Tolosan. di., dim. et in præfata eccl., quando in servitio E. R. non fuerit, residentiam facere tenetur. — In e. m. ep.o Magalonen., et præp. Tolosan., ac archid. majori Carcassonen. (*A.* 85, f. 205; *V.* 126, n. 112.)

Datum *Avenione.*

21 apr. (XI kal. maii.) T. XII, XIV. Gr. pro nep. P. P.

5369. — Canon., præb. et præcentoria minor eccl. Narbonen., per consecrat. Aimerici ep.i Nemausen. apud Sed. Ap. vac. conferuntur *Bernardo Fornerii, nep. P. P.*, can. Elnen. et pensionato s. Cypriani, ac cap. de Bellopodio, Elnen. di., qui paroch. eccl. de Podiolis, Appamiarum di., dim. tenetur. — In e. m. ep.o Avenionen., et abb. Montisolivi, ac mag. Guillelmo Lombardi, præp. Bariolen., Carcassonen. et Forojulien. di. (*A.* 85, f. 189; *V.* 126, n. 84.)

22 apr. (X kal. maii.) T. XIII, XV.

5370. — *Nicolao de Bessia*, can. præbendato s. Aniani Aurelianen., Petri, archiep.i Rothomagen., consang., conferuntur canon. et præb. eccl. Rothomagen. apud Sed. Ap. vac., prævia reservatione, per assecut. a Joanne filio nob. Jacobi Neapoleonis de filiis Ursi, de Urbe, nep. Neapoleonis, s. Adriani diac. card., factam de canon. et præb. ac sacristia s. c. eccl. Urgellen. — In e. m. ep.o Noviomen., et decano Brivaten., s. Flori di., ac officiali Rothomagen. (*A.* 85, f. 197 v°; *V.* 126, n. 96.)

23 apr. (IX kal. maii.) T. XII, XIV.

5371. — Canon. et præb. eccl. Bergamen., per consecrat. Beltramini ep.i Theatin. apud Sed. Ap. vac., conferuntur *Joanni, filio Beltrami de Mayneriis*, can. eccl. de Incino, Mediolanen. di.; cum cassat. gratiæ exsp. benef. ad præpositum et capit. eccl. de Vico Mercato, dict. di., collat. pertin. — In e. m. archipr. de Cornate, Mediolanen. di., et Guillelmo de Pusterla, Mediolanen., ac Albertino de Rivola, de Bergamo, Laudunen. canonicis. (*A.* 52, f. 83 v°; *V.* 125, n. 159.)

Ut s. T. XII ½, XIV ½.

5372. — Canon. et præb. eccl. Mediolanen., per consecrat. Beltramini, ep.i Theatini, apud Sed. Ap. vac. conferuntur *Geraldo, filio quond. Menelaii de Casolio*; cum cassat. gratiæ exsp. benef. s. c. ad præpositi et capit. eccl. de Incino, Mediolanen. di., collat. pertin. — In e. m. ep.o Brixien., et præp. de Assio, ac archipr. de Cornate, Mediolanen. di. (*A.* 52, f. 93; *V.* 125, n. 171.)

Ut s. — Gr. pro card.

5373. — *Petro, s. Clementis pr. card.*, conferuntur canon. et præb. eccl. Parisien., per consecrat. Stephano ep.o Noviomen. a Pontifice impensam apud Sed. Ap. vac. — In e. m. abb. monast. s. Germani de Pratis Parisien., et Anicien. ac s. M. Cracovien. præpositis. (*A.* 85, f. 183 v°; *V.* 126, n. 72.)

26 apr. (VI kal. maii.) T. XIII, XV.

5374. — Prioratus de Varannis, O. S. B., Lingonen. di., per monachos monast. Molismen., eorumd. ord. et di., gub. solitus, et per obit. Erardi apud Sed. Ap. prævia speciali reservat. vac., confertur *Petro de s. Fidolo*, dicti monast. mon., qui dictæ reservat. ignarus, prætextu litt. Joannis XXII, eumdem priorat. acceptavit, ipsumque per decennium possedit et adhuc possidet. Abbas et conv. dicti monast. asserunt quod ipse Petrus priorat. prædictum in regni Franciæ finibus situatum, ac in 2,500 lib. tur. diversis creditoribus obligatum liberavit; eidem donantur fructus bona fide percepti. — In e. m. decano Lingonen., et Guillelmo de Champingio, Remen., ac Guillelmo de Castaneto, Anicien. canonicis. (*A.* 85, f. 220; *V.* 126, n. 136.)

27 apr. (V kal. maii.) T. XVII ½.

5375. — *Archiep.o Senonen.*, mand. ut Theobaldo de Cadrellis, can. eccl. s. Firmini Ambianen., in forma dignum conferat canon. et præb. eccl. s. Gaugerici Cameracen., apud Sed. Ap. vac. per assecut. a mag. Raimundo de Chameyraco, bac. in dec., P.P. script., factam de canon. et præb. eccl. Ambianen. (*A.* 85, f. 218 v°; *V.* 126, n. 134.)

Ut s. T. XII ½, XIV ½.

5376. — *Joanni Mosteti*, Galhardi, s. Luciæ in Silice diac. card., cler. cambrerio, confertur prioratus sæc. non colleg. eccl. de Gabriaco, Ruthen. di., per assecut. a Bernardo de Cassis, nep. ejusd. card., factam de prioratu eccl. de Quesaco, Mimaten. di., apud Sed. Apost. vac. Dictus prioratus de Gabriaco curam animarum per vicarium perpet. exerceri solitam habet, ejusque collatio, ratione prioratus de Ispanico, O. S. B., dictæ Mimaten. di., ad eumdem card. dicitur pertinere. Cassatur gratia exsp. benef. ad abb. et conv. monast. Blavimontis, dicti ord., Vasaten. di., collat. vel præsentat. pertin., ipsi Joanni in forma pauperum concessa. — In e. m.

Datum *Avenione.*

scholast. Constantien., et Lingonen. ac Vasaten. cantoribus. (*A.* 85, f. 216; *V.* 126, n. 130.)

27 apr. (v kal. maii.) T. XI, XIII.

5377. — Canon. et præb. eccl. Sistaricen., per consecrat. Aimerici, ep.i Nemausen., apud Sed. Ap. vac., conferuntur *Aimerico Guirardi*, bac. in leg., rectori eccl. s. Pauli de Montepessulano, Magalonen. di. — In e. m. ep.o Nemausen., et præp. Avenionen., ac præcent. Uticen. (*A.* 85, f. 218; *V.* 126, n. 133.)

6 (II non.) *maii.* T. XIII, XV.

5378. — Canon. et præb. eccl. Eduen., per assecut. a mag. Durando de Interrivis factam de canon. et præb. eccl. Carnoten. apud Sed. Ap. vac., consid. Philippi regis Franciæ, conferuntur *Roberto Guitardi*, qui capellaniam perpet., in Atrebaten., et chorariam in Claromonten. ecclesiis, ac paroch. eccl. de Merriaco super Yonam, Autissiodoren. di., dim. tenetur. — In e. m. ep.o Atrebaten., et decano Brivaten., s. Flori di., ac thesaur. Laudunen. (*A.* 85, f. 214; *V.* 126, n. 127.)

7 (non.) *maii.* T. XI ½, XIII ½.

5379. — Canon. et præb. eccl. Anconitan. (12 flor. auri), per consecrat. Bononcontro, ep.o Humanaten., propriis manibus a Bened. XII impensam vac., conferuntur *Hugolino Thomæ*, rectori eccl. s. Petri Anconitan. (24 fl. auri). — In e. m. s. M. Portisnovæ, et s. Joannis Peneclariæ, Anconitan. di., monast. abbatibus, ac Ofreducio de Spello, can. Burgen. (*A.* 52, f. 89; *V.* 125, n. 166.)

Ut s. T. XII ½, XIV ½.

5380. — Paroch. de Egglesclif, Dunelmen. di., (20 lib. sterl.), per assecut. a mag. Simone Sapiti factam de archipresb. plebis de Colle, Vulterran. di., vac., confertur *Hubertino de Zennetis*, cui Richardus, ep.us Dunelmen., dictam paroch. de facto contulerat, quique canon. et præb. eccl. Credintoniæ, Exonien. di. (2 l. et 10 sol. sterl.) dim. tenetur. — In e. m. archid. Cantuarien., et Richardo de Chadesley, Hereforden., ac Guillelmo de Pusterla, Mediolanen. canonicis, P.P. cap. (*A.* 52, f. 27; *V.* 125, n. 28; Bliss, II, p. 543.)

9 (VII id.) *maii.* T. XII, XIV.

5381. — *Guillelmo Romei*, conferuntur canon. et præb. eccl. s. Evodii Anicien. (15 lib. tur.) per assecut. a Petro Gervasii, can. Anicien., factam de præb. Anicien. apud Sed. Ap. vac. — In e. m. abb. monast. Doæ, Anicien. di., et præp. Anicien., ac præcent. Lugdunen. (*A.* 85, f. 253 v°; *V.* 126, n. 193.)

Ut s. — T. XII, XIV.

5382. — Prioratus claustralis monast. Crudaten. c. c., ac prioratus ruralis de Bastida de Nolier, s. c., eid. prioratui claustrali annexus et præfato monast. subjectus, O. S. B., Vivarien. et Dien. di., (20 lib. tur.), per assecut. a Rostagno Pilosi factam de prioratu de Vanhacio, ord. et Vivarien. di. prædictorum, apud Sed. Ap. vac., conferuntur *Joanni Manentis*, præfati monast. mon., per abb. et conv. ipsius monast. commendato. — In e. m. Avenionen. et Vivarien. sacristis, ac Raimundo Berengarii, can. Vivarien. (*A.* 85, f. 226; *V.* 126, n. 144.)

12 (IV id.) *maii.* T. XI ½, XIII ½.

5383. — Sacristia eccl. Appamiarum, O. S. A., per obit. Jacobi Albenonis apud Sed. Ap. defuncti vac., confertur *Guillelmo de s. Michaele*, dictæ eccl. can., qui infirmariam ejusd. eccl. dim. tenetur. — In e. m. ep.o Mirapiscen., et abb. monast Fuxen., Appamiarum di., ac archid. Appamiarum. (*A.* 52, f. 27 v°; *V.* 125, n. 29.)

16 maii. (XVII kal. jun.) T. XVI, XVIII.

5384. — Archidiac. Major eccl. Carcassonen., O. S. A., per obit. Pontii de Bagnolis, alias dicti Blanquerii, apud Sed. Ap. prævia speciali reservat. vac., obtentu Petri ep.i et capit. Carcassonen., confertur *Garsiæ Arnaldi de Castro Verduno*, ejusd. eccl. can., qui vigore gratiæ exsp. Joannis XXII dictum archidiac. de facto acceptaverat, et locum quem in eccl. Appamiarum obtinebat, ac prioratus de Antiocha et de Molisvilla annexos, dicti ord., Mirapiscen. et s. Papuli di., juxta decretum in dicta gratia exsp. appositum dimiserat. — In e. m. abb. Fuxen., et Arnaldo de Verdala, decano s. Pauli Fenolhedesii, Appamiarum et Electen. di., ac Joanni Piscis, can. Biterren. (*A.* 85, f. 248; *V.* 126, n. 186.)

Datum *Avenione.*

22 maii. (XI kal. jun.) T. XI, XIII.

5385. — Canon., præb. et præpositura eccl. Aquen., per obit. Hugonis Gaucelini, Sed. Apost. cap., vac. conferuntur *Ægidio de Madelbertis*, de Cremona, decr. doct., can. eccl. S. S. Ægidii et Homoboni Cremonen., ac Lausanen., qui cantoriam eccl. Cremonen. dim. tenetur. — In e. m. ep.o Verden., et præp. s. Audomari de Sancto Audomaro, Morinen. di., ac archid. Mediolanen. (*A.* 52, f. 32 v°; *V.* 125, n. 36.)

27 maii. (VI kal. jun.) T. XII 1/2, XIV 1/2.

5386. — Canon. et præb. eccl. b. M. Belnen., Eduen. di., per obit. Henrici de Velers apud Sed. Ap. prævia reservat. vac., conferuntur *Petro Morelli*, rectori eccl. paroch. de Treforcio, Lugdunen. di., qui dictam præb. vigore gratiæ exsp. de facto acceptaverat et obtinuerat. — In e. m. sacristæ Lugdunen., et Guidoni de Fontanis, Lingonen., ac Humberto de Castelleto, Cabillonen. canonicis. (*A.* 52, f. 29; *V.* 125, n. 31.)

29 maii. (IV kal. jun.) T. XIII, XV.

5387. — Paroch. eccl. Rivitorti, Anicien. di., (16 lib. tur.), per resignat. Joannis de Turreta (ex causa permutat. cum hebdomadaria et præb. eccl. Anicien.), apud Sed. Ap. vac., confertur *Bertrando de Puteo*, qui jam per octo annos eam pacifice tenuit. — In e m. abb. monast. s. Andreæ de s. Andrea Avenion., et præcent. Uticen., ac sacristæ Avenion. (*A.* 52, f. 124 v°; *V.* 125, n. 219-1.)

30 maii. (III kal. jun.) T. XVI.

5388. — *Ep.o Avenionen., et priori de Neraco, Lomberien. di., ac Bosolo de Parma, can. Tornacen., P. P. cap.*, mand. ut sacristiam eccl. Auxitanæ, O. S. A., per assecut. a Geraldo de Pratis factam de archidiac. de Savanesio in ead. eccl. propter diutinam vacationem Sedi Apost. devolutam conferant Raimundo de Marenchis, ejusd. eccl. can. (*A.* 52, f. 33; *V.* 125, n. 37.)

1 (kal.) *jun.* T. XI 1/2, XIII 1/2.

5389. — Præpositura eccl. Fesulan. c. c., per consecrat. Filigni, ep.i Fesulani, apud Sed. Ap. vac., confertur *Alexandro, filio quond. Bencivennii de Florentia*, in j. can. perito, qui canon. et præb. (6 fl. auri) plebis s. Cæciliæ de Decimo, Florentin. di., dim. tenetur. — In e. m. Vallisumbrosæ et Montiscalarum abbatibus, ac plebano s. Leonini in Montanis, Fesulan. di. (*A.* 52, f. 29 v°; *V.* 125, n. 32.)

3 (III non.) *jun.* T. XV, XVII.

5390. — Paroch. eccl. de Curia Episcopi, Lingonen. di., per obit. Humberti de Jossis apud Sed. Ap. vac., confertur *Ægidio de Raveriis*, mag. in art. et medic., qui vigore gratiæ exsp. eamd. eccl. (15 lib. tur.), reservationis ignarus, acceptavit, et ad ejus titulum omnes ordines recepit. — In e. m. abb. s. Germani de Pratis Parisien., et Guillelmo de Champingio, can. Remen., ac officiali Lingonen. (*A.* 85, f. 282 v°; *V.* 126, n. 236.)

5 (non.) *jun.* T. XVIII.

5391. — Assecutio præbendæ eccl. Aquen. ab *Armando, filio quond. Guillelmi Bernardi de Narcesio*, nep. Armandi archiep.i Aquen., facta ex eo quia Rostagnus Cabassole, filius nob. Joannis Cabassole, militis Avenionensis, ejusd. eccl. canonicus, aliam præb. ejusd. eccl., defuncto Bertrando de Lengres, obtinuit, perinde valere debet ac si Joannes XXII omnes præbendas eccl. præfatæ Ap. Sedi non reservasset. (*A.* 85, f. 255; *V.* 126, n. 195.)

Ut s. — T. XX.

5392. — Optatio et assecutio præb. eccl. Aquen., per obit. Bertrandi de Lengres vac., a prædicto *Rostagno Cabassole* factæ, perinde valere debent ac si Joannes XXII omnes præb. eccl. præfatæ non reservasset. (*A.* 85, f. 235 v°; *V.* 126, n. 164.)

7 (VII id.) *jun.* T. XII, XIV.

5393. — Canon., præb. et præstimonia eccl. Conchen., per consecrat. Ægidii ep.i Toletan. apud Sed. Ap. vac., conferuntur *Joanni Jandre, de Avinione*, Raimundi, s. M. Novæ diac. card., cap. et famil.; cum cassat. collationis canon. eccl. Carpentoraten. ejus favore factæ. — In e. m. de Talavera Toletan., et Vasatan. archid.is, ac thesaur. Suessionen. (*A.* 52, f. 30 v°; *V.* 125, n. 34.)

10 (IV id.) *jun.* T. XII, XIV.

5394. — *Joanni de Ligneroliis*, in art. et medic. mag., conferuntur canon. et præb. eccl. b. M. de Valle in Villa Pruvini, Senonen. di., (18 lib. tur.), per assecut. a Be-

Datum *Avenione.*

lino de Chaulito factam de paroch. eccl. de Cliponvilla, Rothomagen. di., apud Sed. Ap. vac. — In e. m. abb. monast. s. Petri Vivi, et thesaur. Senonen., ac cantori Lingonen. (*A.* 85, f. 240; *V.* 126, n. 174.)

15 jun. (XVII kal. jul.) T. XII, XIV.

5395. — *Mag. Joanni de Sinigardis, de Aretio,* medicinalis scientiæ prof., can. Tuden., confertur plebanatus curatus sæc. et colleg. plebis s. Petri de Coyano, Vulterran. di., per assecut. a Petro de Montespertuli, electo Theanen., factam de archidiac. Lunaten. in eccl. Biterren., apud Sed. Ap. vac. Cassatur gratia canon. sub exspect præb., dignit., seu personat., vel offic. eccl. Aretin. ipsi dudum facta, quam propter turbatum statum civit. Aretin. non fuit prosecutus. — In e. m. mag. Rainaldo de filiis Ursi, archid. de Campinia in eccl. Leodien., P. P. not., et s. s. Trinitatis ac s. Salvatoris Florentin. monast. abbatibus. (*A.* 85, f. 242 v°; *V.* 126, n. 179.)

17 jun. (XV kal. jul.) Gr pro card.

5396. — *Bertrando, s. M. in Aquiro, diac. card.,* conferuntur canon. et præb. eccl. Toletan., ac archidiac. de Calatrava in ead. eccl., necnon præstimonia, ac præstimoniales portiones in ipsa eccl., per consecrat. Ægidii, archiep.i Toletan., apud Sed. Ap. vac.; cum obligatione dimittendi abbatiam sæcul. eccl. de Citofacto, Portugalen. di.; cumque dispens. super plural. benef. Decernitur insuper ut si aliquæ ex præstimoniis et præstimonialibus portionibus supradictis ac mensam archiepisc. Toletan. pertineant, ex nunc ad mensam ipsam libere revertantur. — In e. m. archiep.o Ebredunen., et archid. Talaveren. Toletan., ac scholast. Constantien. (*A.* 85, f. 267 v°; *V.* 126, n. 209.)

20 jun. (XII kal. jul.) T. XI, XIII.

5397. — *Rizardo, filio Passamontis de Crepaloci, de Contra,* confertur benef., clericatus vulgariter nuncupatum, in eccl. s. Crucis Plebis de Massalia, Mediolanen. di., per liberam resignat. Petri de Crepa apud Sed. Ap. vac. — In e. m. Teatin. et Brixien. ep.is, ac Martino de Carchano, can. Mediolanen. (*A.* 85, f. 359 v°; *V.* 126, n. 367.)

26 jun. (VI kal. jul.) T. XII ½, XIV ½.

5398. — *Petro Jergua* conferuntur canon. et præb. sæcul. eccl. b. M. Portus Claromonten. (30 l. tur.), per assecut. a mag. Durando de Interrivis factam de canon. et præb. eccl. Carnoten. apud Sed. Ap. vac., consid. Philippi regis Franciæ. — In e. m. ep.o Atrebaten., et præposito, ac archid. Aureliaci in eccl. Claromonten. (*A.* 52, f. 140; *V.* 125, n. 76.)

2 (VI non.) *jul.* T. XI ½, XIII ½.

5399. — Prioratus s. Christophori de Vaqueriis, O. S. B., Apten. di., per mon. monast. s. Ægidii, ejusd. ord., Nemausen. di., gub. solitus (60 lib. tur.), per obit. Bernardi de Agrifolio apud Sed. Ap. prævia reservat. vac., confertur *Arnaldo de Reveria,* dicti monast. mon. — In e. m. s. Victoris Massilien., et Montisolivi, Carcassonen. di., monast. abbatibus, ac sacristæ Avenion. (*A.* 52, f. 73; *V.* 125, n. 137.)

3 (V non.) *jul.* T. XII, XIV.

5400. — Canon. et præb. eccl. Aurelianen., per resignat. a Gaufrido Bertrandi (ex causa permutationis cum perpet. capellaniis de Cantalupi et de Fumuchon s. c., Constantien. et Ebroicen. di.) factam vac., conferuntur *Roberto Paganelli,* qui ad canon. et præb. prædictos jam fuit admissus de facto. Tempore enim dictæ permutat. excom. sententiis innodatus erat, propter non solutas dictarum capellaniarum decimas, ex concessione Sed. Apost. Philippo regi Franciæ debitas. — In e. m. abb. s. Evurtii, et prioris s. Samsonis Aurelianen., ac scholast. Constantien. (*A.* 85, f. 333; *V.* 126, n. 318.)

Ut s. — T. XII, XIV.

5401. — *Alfonso Petri, de Forias,* decr. doct., conferuntur canon., præb., præstimonia et præstimoniales portiones eccl. Ispalen., per uxorationem Ursi de Anguillaria, domicelli, apud Sed. Ap., prævia speciali reservat., vac.; cum obligatione mediam portionem et præstim. s. Petri de Carmona in ead. eccl. dimittendi. — In e. m. abb. de Cervatis Burgen., et archid. de Talavera Toletan., ac Odoino Petri, can. Burgen. (*A.* 85, f. 254 v°; *V.* 126, n. 194.)

Datum *Avenione.*

5 (III non.) *jul.* T. XII, XIV.

5402. — Canon. et præb. eccl. Elnen., per obit. Joannis Aguterii, archid. Confluentis in ead. eccl., apud Sed. Ap. prævia speciali reservat. vac., obtentu Guidonis ep.i ac capit. eccl. prædictæ, conferuntur *Petro Moleres*, rectori paroch. eccl. de Salsis, Elnen. di. — In e. m. præp. Agathen., et archid. Albien., ac præcent. Forojulien. (*A.* 85, f. 262; *V.* 126, n. 200.)

6 (II non.) *jul.* T. XI, XIII.

5403. — Eccl. s. c. s. Nazarii de Auberta, Biterren. di., (25 lib. tur.), per obit. Geraldi de Lalo, P. P. cap., apud Sed. Ap. defuncti vac., confertur *Cantono Petri*, qui residentiam facere tenetur. — In e. m. ep.o Avenion., et abb. Juncellen., Biterren. di., ac Joanni Piscis, can. Biterren., P. P. cap. (*A.* 52, f. 74; *V.* 125, n. 138.)

Ut s. — T. XI, XIII.

5404. — Paroch. eccl. de Fontangiis, Claromonten. di., (40 lib. tur.), per assecut. a Rainaldo de Magniaco factam de archidiac. Aureliacen. in eccl. Claromonten. vac., confertur *Joanni de Ayrolis*, qui residentiam facere tenetur. — In e. m. abb. s. Victoris Massilien., et sacristæ Avenion., ac Petro Saynterii, can. Claromonten. (*A.* 52, f. 71 v°; *V.* 125, n. 134.)

Ut s. T. XI 1/2, XIII 1/2.

5405. — Paroch. eccl. de Plazciaco, Engolismen. di., (40 lib. tur.) per obit. Petri Vicini apud Sed. Ap. defuncti vac., confertur *Iterio de Rupeforti*, qui perpet. capellaniam eccl. s. Joannis Engolismen. dim. et omnes ordines recipere infra annum tenetur absque ulla prorogatione. — In e. m. decano Engolismen., et Engolismen. ac Lingonen. cantoribus. (*A.* 85, f. 296; *V.* 126, n. 258.)

Ut s. — T. XI, XIII.

5406. — Canon., præb. et præcentoria eccl. Castrinovi de Arrio, S. Papuli di., per consecrat. Stephani ep.i Noviomen. apud Sed. Ap. vac., conferuntur *Petro de Villafera*, L. D. — In e. m. ep.o Avenionen., et decano Montisregalis, Carcassonen. di., ac mag. Joanni Piscis, can. Biterren., P. P. cap. (*A.* 85, f. 289; *V.* 126, n. 247.)

7 (non.) *jul.* T. XII 1/2, XIV 1/2.

5407. — Paroch. eccl. s. Genesii de Mercusio, Appamiarum di., (38 lib. tur.), per assecut. a Petro Pontii factam de paroch. eccl. de Palma, Narbonen. di., vac., confertur *Petro de Massacapite*, qui omnes ordines infra annum recipere et residentiam facere tenetur, exclusa omni dispensatione. Cassatur gratia exsp. benef. pertin. ad abb. et conv. s. Michaelis in Heremo, Lucionen. di. — In e. m. abb. Montisolivi, Carcassonen. di., et archid. majori, ac sacristæ Carcassonen. (*A.* 52, f. 34 v°; *V.* 125, n. 40.)

Ut s. T. XIII 1/2, XV 1/2.

5408. — Paroch. eccl. s. Petri de Rovinhaco, Biterren. di., (50 lib. tur.), per assecut. a Pontio de Pereto factam de canon. et præb. eccl. Carnoten. apud Sed. Apost. vac., confertur *Firmino Bartholomæi*; cum cassat. gratiæ exsp. benef. ad prioris s. Petri de Prevencheriis, O. S. B., Mimaten. di., collat. pertin. — In e. m. s. Victoris Massilien., et s. Aphrodisii Biterren. abbatibus, ac Joanni Piscis, can. Biterren., P. P. cap. (*A.* 52, f. 76; *V.* 125, n. 141.)

Ut s. — T. XII, XIV.

5409. — Canon. et præb. eccl. sæcul. s. Ursini Bituricen., (30 l. tur.), per obit. Simonis de s. Benedicto apud Sed. Ap. prævia reservat. vac., conferuntur *Joanni del Braule*, bac. in leg.; cum cassat. gratiæ exsp. benef. pertin. ad abb. et conv. s. Martialis Lemovicen., O. S. B. — In e. m. præp. et archid. Forojulien., ac Guillelmo de Petrilia, can. Anicien. (*A.* 52, f. 87 v°; *V.* 125, n. 164.)

Ut s. — T. XI, XIV.

5410. — Paroch. eccl. s. Albini, Eduen. di., (40 lib. tur.), per obit. Joannis Gonterii apud Sed. Ap. defuncti vac., confertur *Colino Jacobi, de Arisia s. Desiderii.* — In e. m. ep.o Avenion., et Eduen. ac s. Pauli de Fenolhedesio, Electen. di., decanis. (*A.* 52, f. 63; *V.* 125, n. 111.)

Ut s.

5411. — Paroch. eccl. de Espiocha, Valentin. di., per obit. Simonis Galeti apud Sed. Ap. defuncti vac., (30 lib. tur.), confertur *Guillelmo Pagesii*; cum cassat. gratiæ exsp. benef. ad præpositorum præpositurarum mensium junii et julii in eccl. Ilerden. collat. pertin. Ipse Guillelmus infra annum omnes ordines recipere et semper resi-

Datum *Avenione.*

dentiam facere tenetur. — In e. m. archid. de Silva Gerunden., et Michaeli Ricomanni, ac Raimundo Ferrarii, Valentin. canonicis. (*A.* 52, f. 55 v°; *V.* 125, n. 99.)

7 (non.) *jul.* T. XVII ½.

5412. — *Ep.o Autissiodoren., et mag. Joanni Piscis, Biterren., P. P. cap., ac Jolano Guenaudi, Turonen. canonicis,* mand. ut præposituram eccl. de Cauda, Turonen. di., (s. c. 35 lib. tur.) per obit. Guillelmi de s. Maura, decani Turonen., apud Sed. Ap. mediante reservat. vac., conferant Joanni Chastellon, cler. ejusd. di., lic. in leg., qui omnes ordines recipere et residentiam facere tenetur. (*A.* 52, f. 56; *V.* 125, n. 100.)

8 (VIII id.) *jul.* T. XII ½, XIV ½.

5413. — Parochiales eccl. b. Martini de Aurador et de Calhaveto ad invicem annexæ, Agennen. di., (40 l. tur.), per assecut. a Bernardo de Lacu factam de paroch. eccl. de Olonsaco, s. Pontii Tomeriarum di., vac., conferuntur *Arnaldo de Genesteto,* Gaucelini ep.i Albanen. commensali, qui paroch. eccl. de Salvitate et de Veterivico, ad invicem annexas, Sarlaten. di., dim. tenetur. — In e. m. præp. s. Juniani, Lemovicen. di., et archid., ac Vitali de Ape, can. Agennen. (*A.* 52, f. 69; *V.* 125, n. 121.)

Ut s. — T. XII, XIV.

5414. — Paroch. eccl. de Monasteriis juxta Ambianum (40 lib. tur.) per assecut. a Lamberto Gombaudi factam de paroch. eccl. Hospitalis b. M. de Tornadoro, Lingonen. di., apud Sed. Ap. vac., consid. Gaucelini, ep.i Albanen., confertur *Joanni Gervasii,* pr., ejusd. card. famil. domestico et commens., qui in ead. eccl. de Monasteriis residentiam facere tenetur. — In e. m. abb. s. Martini ad Gemellos Ambianen., et decano Ambianen., ac præp. s. Juniani, Lemovicen. di. (*A.* 85, f. 328; *V.* 126, n. 311.)

Ut s. T. X ½, XII ½.

5415. — Paroch. eccl. de s. Valerico supra Summam, Ambianen. di., per assecut. a Joanne de Warnierve factam de decanatu eccl. Casleten., Morinen. di., vac., confertur *Guillelmo Amico Dei,* qui omnes ordines infra annum recipere et residentiam facere tenetur. — In e. m. decano, et archid., ac Joanni Courtois, can. Ambianen. (*A.* 52, f. 102; *V.* 125, n. 182.)

Ut s. T. XII ½, XIV ½.

5416. — Paroch. eccl. de Miaunai, Ambianen. di., (20 lib. tur.), per assecut. a mag. Joanne Courtois factam de canon. et semipræb. eccl. Ambianen. vac., confertur *Petro, dicto Magno;* cum cassat. grat. exsp. beneficii ad collat. prioris s. Projecti, O. S. B., Atrebaten. di., pertin. — In e. m. decano, et archid., ac mag. Joanni Courtois, can. Ambianen., P. P. script. (*A.* 52, f. 62 v°; *V.* 125, n. 109.)

Ut s. — T. XII, XIV.

5417. — Paroch. eccl. de Orluno, Appamiarum di., (pro decima nihil solvens), et per assecut. a Jacobo Fornerii factam de paroch. eccl. de Mauraco, Riven. di., apud Sed. Ap. vac., confertur *Paulo de Sancta Gemma,* qui in ead. eccl. de Orluno residentiam facere, ac omnes ordines infra annum recipere absque prorogatione tenetur. Cassatur gratia exsp. benef. ad abb. et conv. de Calertio, ord. Cist., Riven. di., collat. vel præsentat. pertin. ipsi in forma pauperum concessa. — In e. m. abb. Fuxen., Appamiarum di., et sacristæ, ac Bertrando de Marcafaba, can. Appamiarum. (*A.* 85, f. 296 v°; *V.* 126, n. 259.)

Ut s. — T. XI, XIII.

5418. — Paroch. eccl. de Mimeto, Aquen. di., (30 lib. tur.), per assecut. a Raimundo de Solerio factam de paroch. eccl. de Viveriis, Vauren. di., apud Sed. Ap. vac., confertur *Raimundo Magistri,* qui personaliter residere tenetur. — In e. m. archid. Aquen., et Joanni Piscis, Biterren., ac Guillelmo de Castaneto, Anicien. canonicis. (*A.* 52, f. 108 v°; *V.* 125, n. 191.)

Ut s. T. XII ½, XIV ½.

5419. — *Pontio Guilaberti,* conferuntur canon. et præb. eccl. Magdunen., Aurelianen. di., per assecut. a mag. Leonardo de Verulis, P. P. script., factam de paroch. eccl. de s. Albano, Uticen. di., (40 lib. tur.), vac. apud Sed. Ap. — In e. m. ep.o Avenion., et Guillelmo Lombardi, Mirapiscen., ac Joanni Piscis, Biterren. canonicis. (*A.* 52, f. 67; *V.* 125, n. 118.)

Datum *Avenione.*

8 (VIII id.) *jul.*

5420. — *Arnaudo Fabri,* confertur paroch. eccl. s. Martialis de Podio prope Burlatium, Castren. di., (30 l. tur.), per assecut. a Bernardo de Camiatio factam de paroch. eccl. s. Petri de Pinsaguello, Tolosan. di., apud Sed. Ap. vac. Cassatur gratia exsp. beneficii ad collat. ep.i Lucionen. pertin. — In e. m. decano s. Petri de Burlatio, Castren. di., et Busolo de Parma, Tornacen., ac Pontio de Malafossa, Carpentoraten. canonicis. (*A.* 52, f. 63 v°; *V.* 125, n. 112.)

Ut s.
T. XI ½, XIII ½.

5421. — Eccl. de Aufex, Condomien. di., (20 lib. tur.), per resignat. mag. Beraudi Marquesii, can. eccl. s. Caprasii Agennen., L. D., apud Sed. Ap. vac., confertur *Reginaldo Ademari,* studenti Tolosæ in leg., qui in dicta eccl. residentiam facere tenetur. — In e. m. Mansigarnesii, Tolosan. di., et s. Saturnini Tolosan. abbatibus, ac officiali Agennen. (*A.* 85, f. 297; *V.* 126, n. 260.)

Ut s.
T. XI ½, XIII ½.

5422. — Paroch. eccl. de Auriaco, Narbonen. di., (30 lib. tur.), per assecut. a Joanne Roderici factam de archipresb. curato de Ajoariis, dictæ di., apud Sed. Ap. vac., confertur *Bernardo Canella,* qui personaliter residere tenetur. — In e. m. ep.o Avenion., ac Michaeli Ricomanni, Valentin., et Raimundo de s. Martino, Narbonen. canonicis. (*A.* 52, f. 61; *V.* 125, n. 108.)

Ut s.
T. XI ½, XIII ½.

5423. — Paroch. eccl. de Folcarda, s. Papuli di., (25 lib. tur.), per assecut. a Michaele Ligabovis factam de paroch. eccl. de Cassanovis, Ruthen. di., ipsi collata vac., confertur *Pontio Calveti,* qui residentiam facere et infra annum omnes ordines recipere tenetur. — In e. m. abb. Montisolivi, et decano Castrinovi de Arrio, Carcassonen. et s. Papuli di., ac archid. Carcassonen. (*A.* 52, f. 35; *V.* 125, n. 41.)

Ut s.
T. XII ½, XIV ½.

5424. — Perp. capellania eccl. Remen. (15 lib. paris.) per assecut. a Radulpho de Lausana, dictæ eccl. can., factam de dimidia præb. ipsius eccl. apud Sed. Ap. vac., confertur *Roberto Quesnel,* qui residentiam in ead. eccl. facere tenetur; cum cassat. gratiæ exsp. benef. ad abb. et conv. de Bellozana, ord. Præm., Rothomagen. di., pertin., ipsi in forma pauperum concessa. — In e. m. s. Dionysii, et s. Nicasii Remen. abbatibus, ac Petro Ascelini, can. Lexovien. (*A.* 85, f. 313 v°; *V.* 126, n. 289.)

Ut s. — T. XIX.

5425. — *Priori de Longavilla Guisardi, Rothomagen. di., et Joanni de Crasmesnillo, ac Joanni de Duno, canonicis Rothomagen.,* mand. ut paroch. eccl. de Martini eccl., Rothomagen. di., (40 lib. tur.), per obit. Garnerii Haquet, dudum apud Sed. Ap. defuncti vac., conferant Richardo de Monasterio, cler. dictæ di.; cum cassat. gratiæ exsp. benef. pertin. ad priorem et conv. monast. s. Thomæ in Monte leprosorum, O. S. B., ejusd. di. (*A.* 52, f. 103 v°; *V.* 125, n. 184.)

10 (VI id.) *jul.*
T. XIII, XV.

5426. — Paroch. eccl. s. Petri de Demulo, Agennen. di., vac. per assecut. a Geraldo de Bordaria factam de paroch. eccl. Dalcoy, Valentin. di., (25 lib. tur.), confertur *Simoni Boerii,* can. eccl. b. M. Martoreti de Riomo, Claromonten. di.; cum cassat. gratiæ exsp. benef. ad capit. Claromonten. in di. s. Flori collat. pertin. — In e. m. abb. Montisolivi, Carcassonen. di., et archid. Agennen., ac Joanni Piscis, can. Biterren. (*A.* 52, f. 78 v°; *V.* 125, n. 145.)

Ut s. — T. XIII, XVI.
Gr. pro Deo de mand. Vicecanc.

5427. — Paroch. eccl. de Merriaco supra Yonam, Autissiodoren. di., (40 lib. tur.), per assecut. a mag. Roberto Guitardi factam de canon. et præb. Eduen. apud Sed. Ap. vac., confertur *Alberto Colini, de Marenvilla,* qui in ead. eccl. de Merriaco residentiam facere et omnes ordines infra annum absque ulla prorogatione recipere tenetur. Cassat. gratia exsp. benef. ad abb. et conv. b. M. de Bonofago, Præm. ord., Tullen. di., pertin. ipsi in forma pauperum concessa. — In e. m. Brageyriaci Petragoricen., et Vallis Andorræ Urgellen. archid.is, ac thesaur. Laudunen. (*A.* 85, f. 299; *V.* 126, n. 263.)

Datum *Avenione.*

10 (VI id.) *jul.*
T. X ½, XII ½.

5428. — *Petro Girardi,* confertur eccl. s. Siffredi de Relania, s. c., Aquen. di., per obit. ultimi rectoris nuper apud Sed. Ap. defuncti vac. — In e. m. ep.o Regen., et archid. Dignen., ac præcent. Forojulien. (*A.* 85, f. 267; *V.* 126, n. 208.)

Ut s.

5429. — Perp. capellania capellæ s. Jacobi, sita juxta paroch. eccl. s. Crucis Atrebaten., per assecut. a mag. Hugone Fabri, de Vimiaco, factam de canon. eccl. s. Amati Duacen., Atrebaten. di., apud Sed. Ap. vac., confertur *Bertholdo, dicto Boydin,* pr. Cassatur gratia exsp. benef. ad abb. et conv. monast. b. M. de Floreffe, ord. Præm., Leodien. di., pertin., ipsi in forma pauperum concessa. — In e. m. abb. s. Vindiciani in monte s. Eligii, Atrebaten. di., et præp. Atrebaten., ac Busolo de Parma, can. Tornacen. (*A.* 85, f. 399 (frag.); *V.* 126, n. 435.)

Ut s. — T. XII, XIV.

5430. — Canon. et præb. subdiaconalis sæc. eccl. s. Ursini Bituricen. (25 lib. tur.) per assecut. a mag. Geraldo de Chan factam de prioratu sæc. non colleg. eccl. de Conquoresio, Ruthen. di., apud Sed. Ap. vac., conferuntur *Joanni de Mansoneriis,* P. P. script., qui in dicta eccl. s. Ursini residentiam facere tenetur. — In e. m. archid. Belvacen., et Joanni Banaldi, Cavallicen., ac Stephano Chautardi, Bituricen. canonicis. (*A.* 85, f. 289; *V.* 126, n. 248.)

Ut s. — Gr.

5431. — Canon. et præb. eccl. s. Emetherii, Burgen. di., (25 lib. tur.), per assecut. a mag. Martino de Burgis factam de canon. et præb. ac thesauraria cum præstimoniis eccl. Legionen. apud Sed. Ap. vac., conferuntur *Fernando Alfonsi,* in arte grammaticali lic. et prof., qui residentiam facere tenetur. — In e. m. abb. sæc. eccl. de Cervatis, et archid. de Lara Burgen., ac Martino Gundisalvi, can. Segobien. (*A.* 52, f. 97 v°; *V.* 125, n. 177.)

Ut s.
T. XI ½, XIII ½.

5432. — Canon. et præb. eccl. Rosnacen., Cameracen. di., (40 lib. tur.), per obit. Guillelmi Medici, Sed. Ap. nuncii, vac., conferuntur *Jordano de Manso,* qui residentiam facere tenetur. — In e. m. Morinen. et Avenionen. ep.is, ac Joanni Piscis, can. Biterren. (*A.* 52, f. 56 v°; *V.* 125, n. 101.)

Ut s.
T. XI ½, XIII ½.

5433. — Paroch. eccl. de Rupibus Episcopi, Cenomanen. di., per obit. Nicolai Pilon apud Sed. Ap. defuncti vac., (20 lib. tur.), confertur *Joanni de Nigraaqua,* pr.; cum cassat. gratiæ exsp. benef. ad prioris priorat. de Remerinico, O. S. B., Trecen. di., collat. pertin. — In e. m. abb. monast. b. M. de Lonleio, Cenomanen. di., et scholast. Constantien., ac Roberto de Burone, can. Cenomanen. (*A.* 52, f. 64 v°; *V.* 125, n. 113.)

Ut s. — T. XVIII.

5434. — *Mirapiscen. et Leonen. ep.is, ac decano Parisien.,* mand. ut paroch. eccl. de Telgruc, Corisopiten. di., (40 lib. tur.), per obit. Bernardi de Pentroez apud Sed. Ap. defuncti vac., conferant Guillelmo, filio Guillelmi de Botquelz, cler. Leonen. di. (*A.* 52, f. 68 v°; *V.* 125, n. 120.)

Ut s. — T. XII, XIV.

5435. — Canon. et præb. eccl. Belnen., Eduen. di., (40 lib. tur.), per obit. Humberti de Jocis, apud Sed. Ap., prævia speciali reservat., vac., consid. Raimundi, s. M. Novæ diac. card., conferuntur *Amedeo Remusato,* dicti card. cler. et famil., qui in ead. eccl. residentiam facere tenetur. — In e. m. abb. monast. de Maseriis, Cabillonen. di., et præp. Avenion., ac archid. de Vico Meten. (*A.* 85, f. 382; *V.* 126, n. 412.)

Ut s. — T. XIII, XV.

5436. — Paroch. eccl. de Chavanaco, Engolismen. di., (40 l. tur.), per assecut. a mag. Arnaldo Fabri factam de canon. et præb. eccl. Engolismen., apud Sed. Ap. vac., confertur *Geraldo de Sylva,* bac. in art.; cum cassat. gratiæ exsp. beneficii ad collat. prioris et conv. prioratus de Volta, Clun. ord., s. Flori di., pertin. — In e. m. decano Engolismen., et Engolismen. ac Lingonen. cantoribus. (*A.* 52, f. 59; *V.* 125, n. 105.)

Ut s. — T. XIII, XV.

5437. — Paroch. eccl. de Corgiaco, Engolismen. di., (40 lib. tur.), per assecut. a quond. Guillelmo de Ventenaco factam de archidiac. eccl. Constantien. vac., confer-

Datum *Avenione.*

tur *Raimundo de Martis.* Cassatur collatio perpetuæ capellaniæ in eccl. s. Martini de Joeyo, Andegaven. di., eidem Raimundo facta. — In e. m. abb. monast. de Borneto, Engolismen. di., et archid. Gamagen. in eccl. Vasaten., ac mag. Michaeli Ricomanni, can. Valentin. (*A.* 52, f. 100 v°; *V.* 125, n. 180.)

10 (VI id.) *jul.* T. XIII, XV.

5438. — Canon. et præb. eccl. b. M. de Capella Talhafer, Lemovicen. di., (35 lib. tur.), per assecut. a Raimundo de Chamayraco factam de canon. et præb. eccl. Ambianen. apud Sed. Ap. vac., conferuntur *Stephano Barbasta*, bac. et regenti in art., qui in dicta eccl. b. M. residentiam facere tenetur. Cassatur gratia exsp. benef. s. c. ad præpositum et capit. eccl. de Laudoso, Claromonten. di., pertin. ipsi in forma pauperum concessa. — In e. m. præp. Ahentensis monasterii, Lemovicen. di., et archid. Marchiæ Lemovicen., ac Joanni Piscis, can. Biterren., P. P. cap. (*A.* 85, f. 298; *V.* 126, n. 262.)

Ut s. T. XI ½, XIII ½.

5439. — Paroch. eccl. de Sancta Fide, Mirapiscen. di., (40 lib. tur.), per assecut. a Bernardo de Quotio factam de paroch. eccl. de Revello, dictæ di., apud Sed. Ap. vac., confertur *Raimundo Fabri, de Calvomonte*, qui omnes ordines infra annum recipere tenetur. — In e. m. Moysiacen., et de Mansogarnesii, Caturcen. et Tolosan. di., abbatibus, ac archid. Mirapiscen. (*A.* 85, f. 294; *V.* 126, n. 254.)

Ut s. — T. XII, XIV.

5440. — *Joanni Marsani*, pr., conferuntur canon. et præb. eccl. b. Albini de Guerandia, Nanneten. di., (35 lib. tur.), per assecut. a Guerando de Canvilla factam de paroch. eccl. de Novo Castro, Rothomagen. di., vac. apud Sed. Ap. Dicti canon. et præb. curam animarum habent pro tertia parte parochianorum ejusd. eccl. s. Albini; quæ quidem cura per tres canonicos ipsius eccl. exercetur. — In e. m. Briocen. et Andegaven. decanis, ac cantori Nanneten. (*A.* 85, f. 413.)

Ut s. — Gr. pro Deo.

5441. — *Martino Alfonsi de Vayca, de Fernand Vermudez*, conferuntur canon., præb. et præstimonia sæc. eccl. de Fusellis, Palentin. di., (30 lib. tur.), per obit. Dominici Joannis de Finojal apud Sed. Ap. defuncti vac. Cassat. gratia exsp. benef. abb. et capit. eccl. prædictæ, ipsi in forma pauperum concessa. — In e. m. abb. sæc. de Lavanza, Palentin. di., ac decano Burgen., et præp. s. Audomari, Morinen. di. (*A.* 85, f. 301 v°; *V.* 126, n. 267.)

Ut s. — Gr. pro Deo.

5442. — Perpetua capellania s. Laurentii in monast. s. Dionysii in Francia, O. S. B., Parisien. di., clericis sæc. assignari consueta, (XVI, deservienti, XII vero absenti lib. paris. non excedens, ad decimam tamen non taxata), per assecut. a Gaberto de Sissonna, can. Laudunen., factam de præb. Laudunen. apud Sed. Ap. vac., confertur *Guillelmo Toriqney*, qui in eod. monast. residentiam facere et infra annum sine prorogatione ordines recipere tenetur. Cassatur gratia exsp. benef. s. c. ad abb. et conv. monast. b. M. de Savigneio, Cist. ord., Abrincen. di., in civit. vel di. Constantien. pertin. ipsi Guillelmo in forma pauperum concessa. — In e. m. abb. monast. s. Victoris, Parisien. di., ac priori s. Martini de Campis juxta Parisios, ac Ademaro Roberti, scholast. Constantien. (*A.* 85, f. 334 v°; *V.* 126, n. 320.)

Ut s. — Gr. pro Deo.

5443. — Eccl. s. Germani, et capellania seu vicaria perp. prioratus s. Petri de Samsaco, O. S. B., consueta clericis sæc. assignari, Petragoricen. di., ad invicem canonice unitæ, curam animarum habentes, (37 lib. tur.), per assecut. ab Oliverio La Faya factam de vicaria perpet. eccl. s. Martini ac de capella s. Asterii de Agonaco, dictæ di., apud Sed. Ap. vacantes, conferuntur *Audoyno de Cavomonte*, pr., qui in iisdem eccl. s. Germani et s. Petri residentiam facere tenetur. — In e. m. priori s. Joannis de Cola, Petragoricen. di., et Ademaro de Novavilla, Petragoricen., ac mag. Arnaldo Fabri, Engolismen. canonicis. (*A.* 85, f. 308 v°; *V.* 126, n. 278.)

Datum *Avenione.*

10 (VI id.) *jul.*

5444. — Paroch. eccl. de Rossinholo, Petragoricen. di., (40 lib. tur.), per assecut. ab Elia de Claustris factam de archipresb. de Baunhagas, Sarlaten. di., vac., confertur *Geraldo Saraceni*; cum cassat. gratiæ exsp. benef. pertin. ad abb. et conv. s. Eparchii. O. S. B., Engolismen. di. — In e. m. abb. b. M. Cancellatæ, Petragoricen. di., et Petro Iterii, Aquen., ac Ademaro de Novavilla, Petragoricen. canonicis. (*A.* 52, f. 85 v°; *V.* 125, n. 161.)

Ut s. — T. XI, XIII.

5445. — Perpetua capellania capellæ domorum episcopalium Pictavien., (30 l. tur.), per obit. Raimundi de Longapertica apud Sed. Apost. defuncti vac., confertur *Simoni Pichoti*, qui residentiam facere tenetur. — In e. m. abb. sæc. eccl. Dauraten., et scholast. Constantien., ac officiali Pictavien. (*A.* 52, f. 35 v°; *V.* 125, n. 42.)

Ut s. — T. XV, XVII.

5446. — Minor portio (40 l. t.) paroch. eccl. de Canone, Sagien. di., (per duos rectores, quorum unus majorem, alter vero minorem portiones ipsius eccl. obtinet, solitæ gub.), apud Sed. Apost. vac. per assecut. a Michaele Bentelini factam de majori portione paroch. eccl. de Precot, Constantien. di., (60 lib. tur.), ad abb. et conv. s. s. Trinitatis de Exaquio, O. S. B., ejusd. di. Constantien., collat. pertin., confertur *Hugoni Le Mennet*, qui in ead. eccl. de Canone residentiam facere, et omnes ordines infra annum sine ulla prorogatione recipere tenetur. Cassatur gratia exsp. benef. ad priorem de Monteauri, prædicti ord., Catalaunen. di., pertin., ipsi Hugoni in forma pauperum concessa. — In e. m. de Passeio, et de Lavalle Cenomanen. archid.is, ac scholast. Constantien. (*A.* 85, f. 363; *V.* 126, n. 375.)

Ut s.
T. XI ½, XIII ½.

5447. — Quoddam perpet. benef. in eccl. s. Germani extra muros Spiren., (40 lib. tur.), per resignat. Richardi de Schrieshem apud Sed. Ap. vac., confertur *Reinbadone de Schrieshem*, cler., qui omnes ordines infra annum recipere et residentiam facere tenetur. — In e. m. abb. s. Petri in Wiszemburg, Spiren. di., et præp. s. Andreæ Wormacien., ac Francisco de Amelia, scholastico Tullen., P.P. cap. (*A.* 52, f. 109; *V.* 125, n. 192.)

Ut s.
T. XI ½, XIII ½.

5448. — Canon. et præb. eccl. Tutelan., Tirasonen. di., per obit. Othæ Gartiæ de Mesquiris apud Sed. Ap. defuncti vac., (40 lib. tur.), conferuntur *Raimundo Tornerii*; cum cassat. gratiæ exsp. benef. pertin. ad priorem de Borno, O. S. B., Montisalbanen. di., eidem factæ. — In e. m. archiep.o Cæsaraugustan., et ep.o Biterren., ac decano s. Pauli de Fenolhedesio, Electen. di. (*A.* 52, f. 90; *V.* 125, n. 167.)

12 (IV id.) *jul.*
T. XI, XIII.

5449. — Paroch. eccl. de Cella supra Nievram, Autissiodoren. di., (35 lib. tur.), per obit. Hugonis Remigii apud Sed. Ap. defuncti vac., confertur *Joanni Fabri*, qui residentiam facere tenetur. — In e. m. ep.o Nivernen., et Petro de Rivo, Lexovien., ac Joanni de Buygna, Autissiodoren. canonicis. (*A.* 52, f. 59 v°; *V.* 125, n. 106.)

Ut s. — T. XII, XIV.

5450. — Prioratus sæc. non colleg. eccl. de Launacho, Agennen. di., (40 lib. tur.), ad decani decanatus de Moiraco, O. S. B., Condomien. di., collat. pertin. et per obit. Arnaldi, s. Eustachii diac. card., apud Sed. Ap. defuncti vac., confertur *Bernardo de Savinhaco*, qui residentiam facere tenetur. — In e. m. Wintonien., et Agennen., ac Montalden. Agennen. archid.is. (*A.* 52, f. 57 v°; *V.* 125, n. 102.)

Ut s. — T. XII, XIV.

5451. — Ruralis eccl. s. Joannis de Malmussana, Arelaten. di., (s. c. 20 lib. tur.), per obit. Hugonis Gaucelini, Sed. Ap. cap., vac., confertur *Petro Berengarii*; cum cassat. gratiæ exsp. benef. ad ep.i Arelaten. collat. pertin. eidem factæ. — In e. m. Regen. et Cavallicen. ep.is, ac præcent. Forojulien. (*A.* 52, f. 74 v°; *V.* 125, n. 139.)

Ut s. — T. XVIII.

5452. — *Decano, et scholast., ac cantori eccl. Briocen.*, mand. ut paroch. eccl. de Pludua, Briocen. di., (40 lib. tur.), per obit. Menguidii Ruffaudi, in curia Rom. curialis (apud villam de Gras, Vivarien. di., loco ultra duas dietas legales a dicta cu-

Datum *Avenione.*

ria non remoto defuncti) apud Sed. Ap. vac., conferant Radulpho de Bonofossato, cler. Baiocen. di. (*A.* 52, f. 94 v°; *V.* 125, n. 173.)

f2 (IV id.) *jul.* T. XII ½, XIV ½. **5453.** — Paroch. eccl. de Chevagneio, Cenomanen. di., (20 lib. tur.), per assecut. ab Hugone de Rougeria factam de paroch. eccl. de Flaeio, dictæ di., apud Sed. Ap. vac., confertur *Thomæ Manchon*, qui in dicta eccl. de Chevagneio residentiam facere et omnes ordines infra annum absque prorogatione recipere tenetur. Cassatur gratia exsp. benef. ad thesaurarium Baiocen. pertin. ipsi in forma pauperum concessa. — In e. m. archid. de Passeio Cenomanen., et scholast. Constantien., ac Roberto de Burone, can. Cenomanen. (*A.* 85, f. 338; *V.* 126, n. 326.)

Ut s. — T. XIII, XV. **5454.** — *Roberto de Porta* confertur paroch. eccl. s. Petri de Curia, Cenomanen. di., (15 lib. tur.), per assecut. a Roberto Joannis factam de paroch. eccl. s. Medardi supra Engravam, dictæ di., vac. Cassatur gratia exsp. benef. ad collat. abb. et conv. monast. s. Martini Sagien., O. S. B., pertin. eidem Roberto facta. — In e. m. majori et de Passeio archid.is, ac Roberto de Burone, can. Cenomanen. (*A.* 52, f. 68; *V.* 125, n. 119.)

Ut s. — Gr. **5455.** — *Guillelmo Melini, de Aquasparsa,* conferuntur canon. et præb. eccl. s. Petri Claromonten. (15 lib. tur.) apud Sed. Ap. vac. per assecut. a mag. Petro Alamanni factam de canon. et præb. ac decanatu eccl. Brivaten., s. Flori di. Cassatur gratia exsp. benef. ad decani et capit. sæc. eccl. Cebaziaci, Claromonten. di., collat. pertin. eidem Guillelmo facta. — In e. m. abb. monast. s. Andreæ extra muros Claromonten., et præp., ac archid. Aureliacen. Claromonten. (*A.* 52, f. 66 v°; *V.* 125, n. 117).

Ut s. — T. XII, XIV. **5456.** — Paroch. eccl. de Monte Berulfi, Engolismen. di., (35 lib. tur.), per assecut. a Joanne Magnani factam de paroch. eccl. s. Frontonis, ejusd. di., apud Sed. Ap. vac., confertur *Raimundo de Aurilhaco,* qui omnes ordines infra annum recipere et personaliter residere tenetur. — In e. m. cancellario Caturcen., et Guillelmo de Castaneto, Anicien., ac Guillelmo de Haento, Lemovicen. canonicis. (*A.* 52, f. 106 v°; *V.* 125, n. 188.)

Ut s. — T. XII, XIV. **5457.** — Canon. et præb. eccl. s. Bartholomæi Leodien., per assecut. a Francone de Buella factam de canon. et præb. eccl. Leodien. vac. apud Sed. Ap., conferuntur *Ægidio Joannis Weaspars,* qui residentiam facere tenetur. — In e. m. abb. s. Jacobi Leodien., et archid. de Boriaco Convenarum, ac cantori s. Dionysii Leodien. (*A.* 52, f. 77 v°; *V.* 125, n. 141.)

Ut s. **5458.** — Canon. et præb. (20 l. tur.) eccl. b. M. Namurcen., Leodien. di., per obit. Renerii de Landen, alias Falconerii, apud Sed. Ap. vacantes conferuntur *Nicolao Clerchons;* cum cassat. gratiæ exsp. benef. ad collat. abb. et conv. monast. de Corbi (?) O. S. B., Cameracen. di. — In e. m. præp., et Antonio de Bugella, ac Guillelmo de Baudresen, canonicis Leodien. (*A.* 85, f. 394 v° (frag.); *V.* 126, n. 433.)

Ut s. — Gr. **5459.** — Paroch. eccl. de Caprioleria, alias Chevrolere nuncupata, Nanneten. di., (40 lib. tur.), per assecut. a mag. Guillelmo de Kemperle factam de paroch. eccl. de Laugonet, Corisopiten. di., vac. confertur *Jacobo Alani Gallici, de villa Ennoguent;* cum cassat. gratiæ exsp. benef. ad priorem sæc. eccl. s. Michaelis Andegaven. pertin. eidem factæ. — In e. m. ep.o Mirapiscen., et Parisien. ac Briocen. decanis. (*A.* 52, f. 80; *V.* 125, n. 147.)

Ut s. — T. XIII, XV. **5460.** — Perpet. vicaria paroch. eccl. de Alesto, Nemausen. di., (30 lib. tur.), vac. per assecut. a Nicolao Bartholomæi factam de paroch. eccl. s. Juliani Vallis Assiæ, Regen. di., (ipsi collata vigore gratiæ exsp. benef. ad ep.i Regen. pertin.) confertur *Bertrando de Puteo,* qui residentiam facere et omnes ordines sine prorogatione infra

Datum *Avenione.*

annum recipere tenetur. — In e. m. abb. monast. Montisolivi, Carcassonen. di., et de s. Audomaro, Morinen. di., ac Uticen. præpositis. (*A.* 85, f. 319 v°; *V.* 126, n. 297.)

12 (IV id.) *jul.* T. XII ½, XIV ½.

5461. — Medietas paroch. eccl. s. Fursey de Latigniaco, (40 l. t.), per duos consuetæ gub. rectores, Parisien. di., per assecut. a Guidone Viguerii factam de paroch. eccl. de Carssano, Uticen. di., apud Sed. Ap. vac., confertur *Joanni de Nigra Palude,* pr., qui in dicta eccl. s. Fursey residentiam facere tenetur. Cassatur gratia exsp. benef. ad personam personatus de Ghiseghen, Cameracen. di., collat. pertin., ipsi in forma pauperum concessa. — In e. m. decano Parisien., et præp. s. Audomari, Morinen. di., ac archid. de Bria Parisien. (*A.* 85, f. 362 v°; *V.* 126, n. 374.)

Ut s. — Gr. pro Deo.

5462. — Eccl. de Messet, Pictavien. di., (27 lib., 10 sol. t.), per obit. Hugonis Ricardi apud Sed. Ap. vac. confertur *Jaquemino Angelici,* qui personaliter in ea residere tenetur. — In e. m. mag. Rainaldo de filiis Ursi, archid. de Campinia in eccl. Leodien., P. P. not., et abb. monast. s. Michaelis, Laudunen. di., ac Stephano de Volverio, can. Cameracen. (*A.* 85, f. 399 v° (frag.); *V.* 126, n. 438.)

Ut s. — T. XIII, XV.

6275. — *Constantien., et Basilien., ac Curien. ep.is*, mand. ut in civitatibus et di. suis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, excommunicatos publice nuncient illos qui Gregorium de Capronsa, præpositum eccl. Chasinen., Zagrabien. di., per Carolum, regem Hungariæ, ad P. P. specialiter destinatum et de Rom. curia ad partes regni Hungariæ redeuntem, ceperunt et spoliaverunt, inter quos Joannes Dapifer, miles Constantien. di., principalis existit. (*A.* 85, f. 189; *V.* 126, n. 83; Theiner, *Monum. Hung.* I, p. 621.)

15 apr. (XVII kal. maii.)

6276. — *Ep.o Scardonen., et archid. Spalaten., ac Stephano Michaelis, can. Tragurien.*, mand. ut citent Lampridium, ep.um Tragurien., ut apost. conspectui se præsentet. Ex relatione enim procuratorum et syndicorum Joannis Mauroceni, comitis, et judicum, consiliariorum et universitatis civit. Tragurien., constat quod dictus ep.us, intrusus, incontinentiæ vitio laborat, alienarum nuptiarum publicus violator est et cum vilibus et suspectis mulieribus vitam ducit enormiter dissolutam, et quod existit bonorum dictæ eccl. dilapidator, ac publicus homicida, Bosnen. hæreticorum fautor, simonia et aliis criminibus irretitus, censurarum ecclesiasticarum violator, sacrorum prophanator, sententiarum ab archiep.o Spalaten. et a Sede Apost. contra ipsam prolatarum contemptor, et in contumatia obstinata existens. (*A.* 52, f. 10 v° (rub.); *V.* 125, n. 331; Theiner, *Monum. Slav. merid.* I, p. 199.)

20 apr. (XII kal. maii.)

6277. — *Lausanen. et Gebennen. ep.is*, mand. ut Martino de Zinal, can. Warmien., contra Marmetum de Chabli, familiarem, et quosdam alios subditos nob. Humberti, Dalphini Viennensis, qui dictum can. et socios de curia Rom. ad partes suas recedentes ceperunt, spoliarunt et captivos detinuerunt faciant justitiæ complementum. (*A.* 52, f. 10 v° (rub.); *V.* 125, n. 330.)

22 apr. (X kal. maii.) T. XX.

6278. — *Abb. monast. in Bellile, Basilien. di., et præp. s. Leonardi Basilien., ac scholast. eccl. s. Thomæ Argentinen.*, mand. ut citent personaliter nequam Conradum de Kirkel, thesaur. et can. Argentinen., de patrimonio Crucifixi ditatum et vitio ingratitudinis labefactum, apost. conspectui se præsentaturum et facturum quod justitia suadebit. Ipse enim Bertholdum ep.um Argentin. benefactorem suum in villa eccl. suæ Haselach nuncupata tunc morantem et in lecto recumbentem capi et ad castra amicorum suorum deduci fecit, ipsum et familiares ejus, equis, denariis et annulis prætiosis ac aliis rebus spoliando, nec eum relaxavit nisi sub promissionibus et obligationibus quod dictus Conradus et alii ejus complices indemnes a quacumque molestia servarentur. (*A.* 85, f. 186; *V.* 126, n. 77; Riezler, n. 1945.)

Ut s. — T. XX.

6279. — *Eisdem*, mand. ut dictas promissiones et obligationes relaxent, et inhibeant eidem ep.o Argentinen. et fidejussoribus, sub pœna ipsi ep.o, si secus egerit,

Datum *Avenione.*

P. P. arbitrio infligenda, ne aliquatenus eas observent. (*A.* 85, f. 186 v°; *V.* 126, n. 78.)

23 apr. (IX kal. maii.) T. XVI.

6230. — *Archiep.o Ebredunen.*, mand. ut prævia informatione Joanni ep.o Gratianopolitano, et ejus episcopatus mensæ restitui faciat quidquid in eorum præjudicium et damnum per Guillelmum, ep.um Gratianopolitan., illius prox. prædecessorem, per plures annos ante diem sui obitus tam ex senectute quam ex debilitate corporis ad regimen episcop. minus compotem, concessum vel alienatum repererit, et quidquid a regentibus episcopatum prædictum exactum et occupatum fuerit. (*A.* 85, f. 241; *V.* 126, n. 176; cf. n. 7394.)

26 apr. (VI kal. maii.) Gr. pro card.

6231. — *Nobilibus Jacobo de Gabrielibus, et Boso Novello, militibus Eugubin., officium senatoriæ pro P. P. in Urbe gerentibus*, mand. ut nobiles Bertuldum et Benedictum, comites Palatinos, ac Mathæum et Bertuldum, quond. Neapoleonis militis filios, milites, Jordanum Poncelli de filiis Ursi, Jacobum de Sabello et Angelum Malabranchæ, cives Romanos, qui ad eccl. s. Angeli in Foropiscium de Urbe, quæ titulus cardinalatus existit, manu armata et hostiliter accedentes, ignem ostiis eccl. ac domorum Joannis, s. Angeli diac. card., et « canonicorum et capituli ejusdem eccl. ausu sacrilego immittere, nec non machinam prope dictam eccl. ut expugnarent eamdem erigere ac cum ea campanile ipsius et campanas in eo existentes nec non tecta lapidesque marmoreos ad ornatum... ipsius eccl. in frontispicio et aliis parietibus... existentes » dirimere et incendio cremare, ac cuidam imagini s. Michaelis Archangeli brachium amputare præsumpserunt, auctoritate apost. compellant ad satisfaciendum eisdem card. et eccl. (*A.* 85, f. 183; *V.* 126, n. 71; cf. n. 5034.)

28 apr. (IV kal. maii.) T. XVI.

6232. — *Ep.o Archadien., et priori s. M. Majoris, ac primicerio s. Marci de Candia, Creten. di.*, mand. ut prævia informatione auct. apost. decernant episcopum et fratres Montis Sinai, (qui nunc sunt trecenti quinquaginta degentes in dicto monast.), tam in capite quam in membris a Sede Apost. exemptos, non teneri ad solutionem XV flor. auri ipsis per archiep.um Creten., prætextu expensarum in itinere ad partes illas per ipsum factarum, impositorum, neque ad solutionem pensionis duorum rotulorum candelarum ceræ et unius mensuræ olei *mistat* vulgariter nuncupatæ, et duorum caseorum pro eccl. in honore s. Nicolai constructa in civit. Candiæ, insulæ Creten., ac pro duabus domibus in terra eccl. s. Barbaræ dictæ civit., quæ per terræmotus impetum dirutæ fuerunt. (*A.* 85, f. 211 v°; *V.* 126, n. 123.)

Ut s. — T. XVI.

6233. — *Archiep.o Senonen.*, consid. Philippi, regis Franciæ, mand. ut (si ep.us Parisien., cui jam fuit scriptum, nequeat vel nolit procedere) ipse procedat ad unionem oblationum quæ proveniunt in capella a s. Ludovico rege Franciæ in domo Cæcorum Parisien. fundata, et ad XII lib. paris. annuatim ascendunt, faciendam, favore rectoris ejusd. capellæ. Concedatur tamen condigna recompensatio decano et capit., ac curato eccl. s. Germani Autissiodoren. Parisien., inter quos ex una parte et eleemosynarium regium, rectorem domus et capellæ prædictarum, ex altera, discordiæ et scandala præsumuntur desuper exoriri. (*A.* 85, f. 182 v°; *V.* 126, n. 70; cf. n. 3918, 3919.)

30 apr. (II kal. maii.) T. L.

6234. — *Ep.o Oloren.*, mand. ut partes suæ sollicitudinis interponat ad reformandam concordiam inter gentes nob. Gastonis, comitis Fuxi, et subditos ep.i et eccl. Lascurren.; gentesque dicti comitis absolvat a sententiis excom. a jure vel ab homine latis ex eo quod in loco de Benejaco, Lascurren. di., sub majori ejusd. comitis dominio consistenti hominibus et subditis dicti ep.i præfatis, tam ignis incendio quam alias, absque strage tamen hominum et mutilatione membrorum, aliqua damna per violentiam intulerunt. (*A.* 85, f. 196 v°; *V.* 126, n. 94; 133, f. 44 v°, n. 143; Daumet, n. 436.)

The Institute ... Studies LIBRARY Toronto

Datum *Avenione.*

4 (IV non.) *maii.*

* **6285.** — *Magistris Galhardo de Carceribus, præp. Titulen., Colocen. di., et Petro Gervasii, can. Anicien., Ap. Sed. nuntiis,* mand. ut Cazimiro, regi Poloniæ, faciant justitiæ complementum contra mag. et fratr. domus B. M. Theutonicorum in Prussiæ partibus commorantes, qui terras ad dict. regem pertinentes infra regnum suum Poloniæ consistentes, videlicet Culmen. et Pomaraniæ, Wladislavien., Brescen., Dobrinen., et Michalovien. terras, cum magna strage fidelium et concrematione centum ecclesiarum vel circa hostiliter invaserunt et occuparunt. (*A.* 52, f. 11 (rub.); *V.* 125, n. 340; Theiner, *Monum. Pol.*, I, p. 411.)

Ut s.

* **6286.** — *Eisdem Galhardo de Carceribus, et Petro Gervasii,* mand. ut Javislao, archiep.o Gneznen., faciant justitiæ complementum, contra eosdem mag. et fratres, qui terram magnæ Poloniæ et archiepiscopatum Gneznen. hostiliter invadentes, quasdam paroch. eccl., domos archiepiscopales vel canonicorum, castra, fortalitia, civitates et loca ad Gneznen., Wladislavien., Poznanien. et Plocen. ecclesias pertinentia occupaverunt, res sacras rapiendo, ecclesias concremando, personas occidendo, et virgines violando. (*A.* 52, f. 11 (rub.); *V.* 125, n. 341; Theiner, *op. cit.*, p. 413.)

Ut s. — T. XVI.

6287. — *Archiep.o Tarentasien.*, mand. ut prævia informatione, si in utilitate monast. redundet auct. apost. confirmet concessionem in perpetuum ex causa permutationis, in emphyteusim perpetuam per quond. Henricum, abb. monast. s. Justi de Secusia ad R. E. nullo medio pertin., O. S. B., Taurinen. di., factam favore quond. Joannis Bertrandi de Canusto, militis, condomini castri s. Georgii in Valle Secusiæ, pro se et suis hæredibus, de omnibus « servitiis, usagiis, grittis, vel tachiis, mutagiis et bannis », omnique jurisdictione alta et bassa, mero et mixto imperio, ac omnibus aliis juribus ad abb. et conv. dicti monast. in eodem castro s. Georgii totoque ejus territorio pertinentibus, sub censu annuo XXX sol. tur., a Martino abb. dicti monast., dicti Henrici successore, tempore Joannis XXII ad L sol. dictæ monetæ augmentato. (*A.* 85, f. 209 v°; *V.* 126, n. 120.)

6 (II non.) *maii.* T. XII.

6288. — *Præp. Columbarien., Basilien. di., et archid., ac Henrico de Vlahshanden, can. Basilien. eccl.*, mand. ut cassatam declarent quamdam ordinationem per Constantien., et Ymbriacen., ac Beronen., Constantien. di., ecclesiarum canonicos et capitula provinciæ Maguntin., irrequisito consensu ep.i Constantien. factam et vehementi suspicione non carentem; ipsa enim attentare videtur contra libertatem S. R. Eccl., excludendo saltem de facto omnes clericos impetrantes et exspectantes gratias auctoritate apost. in eisdem ecclesiis. (*A.* 85, f. 206; *V.* 126, n. 113.)

7 (non.) *maii.* T. XVI.

6289. — *Thomæ Infantis, can. Theanen.*, mand. ut ad manus Apost. Sed. ponat paroch. eccl. s. Juliani de Aculea, Aquen. di., et prævia informatione Armando, archiep.o Aquen., et Guillelmo Sabaterii, dictæ eccl. rectori, restituat possessionem ejusd. eccl., ac bladorum, vini, rerum et bonorum per Jacobum de Alamanone, se asserentem mon. et camerarium monast. Montis Majoris, O. S. B., Arelaten. di , prætextu cujusd. unionis dictæ eccl. officio camerariæ dicti monast., manu armata occupatorum. (*A.* 85, f. 202 v°; *V.* 126, n. 106.)

Ut s. — T. XVI.

6290. — Collationes canonicatuum sub exspect. præb. eccl. Trecen. factæ favore Joannis de Berardo et mag. Aymerici Guidonis de Pelongeio, lic. in leg., et in can. jure periti, effectum suum sortiri debent etiam si de priori littera non appareat. (*A.* 85, f. 192; *V.* 126, n. 91.)

15 (id.) *maii.* T. XII.

6291. — *Ep.o Albiganen.* mand. ut causam vertentem inter nob. Raphaelem de Auria, capitaneum populi et civit. Januen., ex una parte, et nobiles Georgium ac Manuelem et Aleramum, marchiones Saonen., ac alios illarum partium vicinarum, ex altera, super castro quod dicitur Scalanellum, Albiganen. di., ad ipsum Raphaelem

Datum *Avenione*.

ratione nob. Argentæ conjugis suæ pertinente, audiat et appellatione remota debito fine decidat; attento quod, vacante Imperio prout nunc vacat, regimen et gubernatio ipsius Imperii ac jurisdictionis exercitium in eo ad Pontif. pertinere noscuntur; dictusque Raphael pro consequenda justitia alium superiorem præterquam P. P. non habet, ad quem valeat recursum habere. (*A.* 85, f. 227; *V.* 126, n. 145.)

15 (id.) *maii.* **6292.** — *Ep.o Leodien.*, mand. ut quasdam « ballas » mercatorum de Venetiis in sua di. arrestatas faciat restitui sine mora; ex petitione Francisci Dandulo, ducis, et communis Venetiarum. (*A.* 52, f. 10 v° (rub.); *V.* 125, n. 335; Riezler, n. 1950.)

21 maii. (XII kal. jun.) **6293.** — *Ep.o Lectoren.*, mand. ut Galliardinam, filiam Laurentiæ de s. Justo, relictæ Petri de Baien, tradi faciat ecclesiasticæ sepulturæ per Petrum de s. Martino, curatum eccl. Lectoren.; non obstante quod dicta Galliardina de legitimo matrimonio non sit procreata. (A. 52, f. 11; *V.* 125, n. 338.)

23 maii. (X kal. jun.) **6294.** — *Abb. monast s. Victoris Massilien.*, O. S. B., præsidenti capitulis celebrandis in Arelaten., Aquen., Ebredunen. et Viennen. provinciis, quæ quoad capit. generale ejusd. ord. pro una provincia reputantur, mand. ut quosdam mon. claustrales prioratus de Rometa, O. S. B., Vapincen. di., procuret corrigere et punire pro excessibus contra priorem dicti prioratus commissis. (*A.* 52, f. 10 v° (rub.); *V.* 125, n. 333.)

27 maii. (VI kal. jun.) · **6295.** — *Lausanen., et Gebennen., ac Gratianopolitan. ep.is*, mand. ut illos quos repererint culpabiles in captione Conradi, ep.i Gurcen., ad Sed. Apost. venientis, faciant excommunicatos publice nunciari; quorum nomina hæc sunt, videlicet : Petrus, prior de Contamina, Clun. ord., Jacobus de Glando, mon. de Sitz, O. S. A., Guillelmus, natus Briandæ, dominæ castri Rupisfortis, can. eccl. s. Bernardi de Romanis, Gebennen. et Viennen. di., ac Mermetus de Chablis, Hugoninus frater Petri Wagnardi militis, qui dictos elect. et socios in castro proprio receptavit; Nicoletus de Joli, de Morsia, Nicoletus de Brusseneyo, et Jacobus ejus frater, Eymonetus de Glando, Joannes de Canteneio, Mermetus, nepos Petri Wagnardi, militis, Joannes de Glando, Monteons, frater Emblardi, domicellus dicti prioris de Contamina, Compota, bastardus Emblardi, familiaris ejusd. Briandæ, Eymonetus, bastardus quond. Raimundi de Boygo, domini Rupisfortis, Lausanen. et Gebennen. di., laici; dicta etiam Brianda vidua, quæ ipsum electum, socios et familiares detinuit in castro suo Rupisfortis per septem hebdomadas. (*A.* 52, f. 10 v° (rub.); *V.* 125, n. 334; cf. n. 6246.)

29 maii. (IV kal. jun.) · **6296.** — *Ad perp. rei mem.* Sententia diffinitiva pro Henrico, electo, contra Henricum de Brunswich, intrusum Hildesemen. eccl., cujus tenor longior existit. — In e. m. ep.o Lubicen., et mag. Guillelmo de Sancto Victore, thesaurario eccl. Turonen., P. P. not., ac præposito monast. s. Georgii Staden., Bremen. di. (*A.* 52, f. 228 (fragm.); *V.* 125, n. 267.)

8 (VI id.) *jun.* **6297.** — *Archiep.o Januen.* committitur ut Petro Armeno, de Majori Armenia oriundo, sacramentum confirmationis conferat, ipsumque ad sacros ordines promoveat temporibus a jure statutis. Dictus Petrus jam conditionaliter fuit rebaptizatus, quia dubitabat an in partibus Armeniæ fuisset in forma Ecclesiæ tinctus. (*A.* 52, f. 11 (rub.); *V.* 125, n. 343.)

10 (IV id.) *jun.* **6298.** — *Joanni, abb. monast. S. M. Florentin.*, mand. ut non obst. quod in quibusdam litteris ipsimet directis (n. 6272) ubi debuit poni « fuerit provisum » positum fuit « duxerit providendum », mandatum apost. exsequatur juxta dictarum continentiam litterarum. (*A.* 52, f. 11 (rub.); *V.* 125, n. 336.)

Ut s. — T. XII. **6299.** — *Raimundo de Pojolis, archid. Petragoricen., rectori ducatus Spoletan.*, mand. ut faciat justitiæ complementum super eo quod nonnulli pravitatis alumni de castro Montisleonis, Spoletan. di., præhabito nequam tractatu cum Petro Cellis, tyranno in

Datum *Avenione.*

partibus Spoletanis, armata manu fecerunt « insultum » in personas quond. Francisci de Tibertis, de dicto castro, domicelli, aliorumque filiorum et nepotum ejusd., nec non bona invadentes eorum, « Armaleonem domicellum, unum ex eisdem dicti Francisci filiis immaniter interimere præsumpserunt, ipsumque Franciscum tunc centum annorum natum, et quemdam parvulum, filium Armaleonis et nepotem Francisci... ceperunt; domos diruerunt, aliaque bona omnia disrobarunt, » ex quibus idem Franciscus « cordialiter sauciatus finivit diem ultimum vitæ suæ. » Instantibus Angelutio, filio, et Cola, nep. dicti Francisci. (*A.* 85, f. 228; *V.* 126, n. 148.)

10 (IV id.) *jun.*

6300. — *Abb. monast. s. Saturnini Tornacen., et s. Donatiani Brugen., ac s. Petri Insulen., Tornacen. di., decanis,* mand. ut citent decanum et capit. Tornacen. conspectui apost. se præsentaturos et circa captionem, ac carcerationem quorumdam clericorum jurisdictioni dicti episcopi et ejus officialis subjectorum, necnon abusum per ipsos factum cujusdam indulti Cœlestini V circa immunitates et jura ecclesiæ Tornacen. responsuros; instante Andrea ep.o. (*A.* 52, f. 11; *V.* 125, n. 337.)

12 (II id.) *jun.*

* **6301.** — *Florentin., ac Fesulan. ep.is, ac Petro Bonaventuræ, archid. Remen.,* mand. ut Junctam de Tardebonis, cler. Fesulan. di., injuste occupantem plebanatum s. Crescii de Matiolo, dictæ di., et diversis sententiis contra ipsum in palatio apost. prolatis resistentem, a possessione dicti plebanatus ejiciant et peremptorie citent; ipsumque plebanatum, Joanni de Tile, de Bensi, auctoritate Joannis XXII olim proviso restituere procurent. (*A.* 52, f. 11 (rub.); *V.* 125, n. 339.)

13 (id.) *jun.*
T. XLVII ½.

6302. — *Archiep.o Lugdunen. ejusque suffraganeis,* mand. ut a collectione decimæ sexennalis per Joannem XXII impositæ pro Passagio generali Terræ Sanctæ et Philippo, regi Francorum, exercitus christiani rectori, assignatæ, omnino cessent et abstineant; idem enim rex adeo fuit impeditus ut in termino ipsi fixo iter non arripuit ad hujusmodi passagium prosequendum. Eisdem mand. ut litteras per P. P. archiep.is et ep.is tam extra quam infra regnum Franciæ constitutis (XV kal. jan. anni secundi, et XII kal. feb. anni tertii) directas, in eorum provincia tam infra quam extra dictum regnum exsecutioni debitæ demandent. (*A.* 85, f. 272; *V.* 126, n. 217; cf. n. 3954, 3955, 4985, 5139, 5140.)

20 jun.
(XII kal. jul.)

6303. — *Beltramino, ep.o Theatin., in curia Rom. moranti,* mand. ut debita per Joannem, nunc Castren., olim Colimbrien. ep.um, pro dicta eccl. Colimbrien. contracta, solvi faciat de proventibus ejusd. Colimbrien. eccl., qui tempore translationis prædicti Joannis extabant. (*A.* 52, f. 11 (rub.); *V.* 125, n. 342.)

22 jun.
(X kal. jul.)
T. XVI.

6304. — *Joanni, abb. monast. s. M. Florentin.,* mand. ut si expedire cognoverit, auxilium invocet brachii secularis ad comprimendam malitiam Placiti Hugolini, mon. monast. s. Salvatoris de Septimo, ord. Cist., Florentin. di., qui monast. de Septimo occupatum detinet, bona ejus dissipando, introductis in illud hominibus armatis; et consequenter Remigius Sapiti de Florentia, sacerdos, mon. monast. de Bono Solatio, ord. et di. prædictorum, theol. mag., per abbatem monast. s. Galgani, dicti ord., Vulteran. di., ipsius monast. de Septimo patrem abbatem, secundum privilegia dicti ord. hujus monast. de Septimo abbas electus a possessione ejusdem monast. totaliter exclusus fuit; propter quod vigore alterius mand. apost. per dictum Joannem abb. S. M. monasterium de Septimo jam fuit ad manus P. P. receptum. (*A.* 85, f. 246 v°; *V.* 126, n. 184; Cf. n. 6272, 6298, 6327.)

26 jun.
(VI kal. jul.)

6305. — *Archiep.o Rothomagen., et decano, ac cantori Rothomagen.,* mand. ut mag. Petro Ascelini, dicto de Rivo, rectori paroch. eccl. s. Genovefæ in Braio, Rothomagen. di., P. P. script., contra abb. et conv. monast. Bellibecci, Cist. ord., dictæ di.,

Datum *Avenione.*

faciant justitiæ complementum circa perceptionem decimarum in prædicta parochia, quam dicti abb. et conv. usurpant. (*A.* 52, f. 11 (rub.); *V.* 125, n. 352.)

27 jun. (v kal. jul.) T. XVI.

6306. — *Archid. Treveren., ac decano, et scholast. s. Florini in Confluentia, Treveren. di.,* mand. ut inhibeant Præd., Min., Eremit. S. A., et Carmelit. ordinum prioribus, ministris, custodibus, gardianis, et conventibus ac personis singularibus eorumdem, aliisque religiosis exemptis in Colonien. civit., di. et provincia, ac partibus vicinis constitutis, (qui sermonibus blandis, quinimo fraudulentibus, alliciunt eos qui bona ad eccl. Colonien., sive ex « theoloniis », sive aliis redditibus pertinentia, rapuerunt et injuste detinuerunt, ad satisfaciendum pro dictis ablatis, favore eorumdem fratrum locis, licet hujusmodi satisfactio archiep.o et eccl. præfatæ foret secundum justitiam facienda; et, quod detestabilius est, prætextu privilegiorum eis, ut asserunt, a Sede Apost. concessorum, prædictos raptores seu detentores per eos taliter deceptos de facto a prædictis injuste detentis absolvunt) : ne talia bona recipere, vel tales absolvere præsumant; instante Walramo, archiep.o Colonien. (*A.* 85, f. 309; *V.* 126, n. 279; Riezler, n. 1955.)

Ut s. — T. XVII ½.

6307. — Collatio canon. sub exspect. præb. eccl. s. Severini Colonien., nec non supplementi, ac dignit., vel personat., aut offic. (20 vel 15 march. arg.) in eadem eccl. nuper facta, favore *Bertrami Sudermann,* extenditur ad hujusmodi dignit., vel personat., seu offic., etiamsi ad illam vel illum seu illud quis consueverit per electionem assumi. (*A.* 85, f. 284; *V.* 126, n. 238.)

28 jun. (iv kal. jul.) T. XXX.

6308. — *Basilien., et Argentinen., ac Ulrico, Curien. ep.is,* mand. ut Joannem de Tengen, in Bullach, et Joannem de Gonsiton, in Ram ecclesiarum rectores, ac Joannem et Henricum dictos de Tengen, milites Constantien. di., eorumque complices, in Constantien. civit. et di. aliisque civit. et di. convicinis, diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, excom. sententiam et alias pœnas in constitutione concilii Viennen. specialiter promulgatas incurrisse nuntient, ex eo quod Nicolaum, ep.um Constantien., de oppido Clingonowe, dictæ di., ad ipsum pertin., (ad quod cum præfato Ulrico, Curien. ep.o, pro tractandis negotiis convenerat) redeuntem, ejusque familiares, consanguineos et amicos, in villa dicta Glatuelden, præfatæ di., circa initium mensis maii præteriti, cum magna rusticorum caterva hostiliter invaserunt ad cædem ejusd. Constantien. ep.i intendentes, ac plures ex familiaribus ejus, scilicet Ulricum de Rotembergh et Walterum de Hœmiles, milites, multosque alios graviter vulnerarunt, ipsumque ep.um Constantien. adhuc detinent in castro Hewen, ejusd. di., carceri mancipatum. (*A.* 85, f. 285; *V.* 126, n. 240; Riezler, n. 1956.)

5 (iii non.) *jul.* T. XII.

6309. — *Joanni Ogerii, decano Belnen., Eduen. di., et Bertrando Cariti, archid. Augi Rothomagen.,* collectoribus proventuum benef. ad Cameram apost. spectantium in Bisuntin. et Senonen. provinciis, mand. ut in dictis provinciis, ad manus P. P. indilate ponant decanatum Bisuntin., et archidiac. de Arceio in Trecen., ac scholastriam in Bisuntin., nec non canon. et præb. in Columbimonasterii, Bisuntin. di., ecclesiis, a Joanne de Calvigniaco, can. Bituricen., et Joanne de Corcondraio, can. Bisuntin., auctoritate Joannis XXII respective permutatos, ne ipse Joannes de Corcondraio in elusionem vacuationis permutationis hujusmodi de facto incumbat possessioni dictorum beneficiorum. (*A.* 85, f. 263 v°; *V.* 126, n. 203; cf. n. 6339, 6465.)

7 (non.) *jul.* T. X.

6310. — *Archiep.o Bremen.* mand. ut vocato personaliter Stidolpho, dicto Udana, qui falso pro rectore eccl. in Oresvin, Bremen. di., se gerit, quasdam litteras sub P. P. nomine per falsitatis vitium fabricatas, quibus utitur in præjudicium Jelbonis, dicti Fronga, veri rectoris dictæ eccl., ab ipso exigat et eas falsas esse pronuntians, fabricatores earum, ac illos qui eis usi sunt, caute capi faciat, et ipsos tamdiu in

Datum *Avenione.*

carcere detineri donec a Pontifice super iis aliud receperit mandatum. (*A.* 85, f. 412 v°; *V.* 126, n. 460.)

7 (non.) *jul.* T. X. — **6311.** — Revocatur reservatio, VI id. julii anno II° facta de dignitatibus, officiis, beneficiis eccl. Cæsaraugustanæ. (*A.* 85, f. 252 v°; *V.* 126, n. 191.)

10 (VI id.) *jul.* T. XVI. — **6312** — *Ep.o Lincolnien.* mand. ut Alesiam de Lasey, comitissam Lincolnien., viduam sexagenariam, quæ post obitum primi sui viri solemniter votum perpetuæ castitatis emisit, et in ipsius voti signum quamdam chlamydem, secundum mores illius regionis hujusmodi voti castitatis insignia ostendentem recepit, et ex tunc detulit annulum benedictum; et deinde per quond. Hugonem Freyn, militem, sæculari potentia fultum, rapta fuit et ei matrimonialiter copulata, at tunc invita, fuit volens effecta, et copulæ conjugali consensit, ac cum eo donec vixit remansit, sed postea chlamydem et annulum prædictos notorie ac devote resumpsit, per excommunicationis sententiam, monitione præmissa, compellat, appellatione cessante, ad observandum perpetuo hujusmodi castitatem; et præterea in ecclesiis suarum civit. et di. inhibeat ne aliquis ipsam præsumat rapere, vel inducere, imo seducere de cætero ad matrimonium contrahendum. (*A.* 85, f. 280; *V.* 126, n. 231; Bliss, II, p. 544.)

12 (IV id.) *jul.* T. XVI. — **6313.** — *Stephanus Jacobi de Gattis,* bac. in medicina, canonicatum et præbendam eccl. s. Genesii de Dayrago, Mediolanen. di., ipsi ex gratia exspect. collatos licite retinere potest; non obst. quod Francius de Medicis, ob cujus obitum vacant, fuerit Sedis Apost. capellanus. (*A.* 52, f. 128; *V.* 125, n. 220.)

13 (III id.) *jul.* T. X. — **6314.** — *Ad fut. rei mem.* Reservatio beneficiorum per obit. Bernardi de Villaserto, perpetui cap. capellaniæ de Petralata, Gerunden. di., nunc vacantium, et tunc quovis modo vacaturorum, a Joanne XXII facta, perinde valere debet ac si litteræ desuper expeditæ fuissent. (*A.* 85, f. 279; *V.* 126, n. 229.)

15 (id.) *jul.* T. XVI. — **6315.** — *De Rontenario, et de Vicoboldono, Cuman. et Mediolonen. di., præpositis, ac de Brayda, Mediolanen., et s. M. Magdalenæ Brixien. domorum prælatis, ord. Humiliatorum,* mand. ut capit. generale quanto citius convocent in Alexandria, Aquen. di., pro celebranda, ut moris est, electione generalis magistri dicti ord. Eisdem conceditur electio eadem, non obstante reservat. a Joanne XXII facta, dum quond. Benedictus, magister ejusd. ord., viveret; post quam reservat. capit. generale, hujus reservat. forsan ignari, Guillelmum Fabani, ejusd. ord. prof., elegerunt. (*A.* 85, f. 269; *V.* 126, n. 211.)

18 jul. (XV kal. aug.) T. XVI. — **6316.** — *Archiep.o Ebrelunen.*, mand. ut, prævia informatione, tamdiu excommunicatos publice nunciet, et per alios nunciari faciat et ab omnibus arctius evitari quoscumque culpabiles, qui, prope portam castri Conii, Asten. di., Isaacum, abb. eremi s. Joannis Montis Herilis, O. S. B., Perusin. di., et nob. viros Stephanum de Columna, et Joannem, natum ejus, cives Romanos, ad Sed. Apost. venientes, in via publica ceperunt, ac equis, vestibus, pecunia et aliis rebus, ad valorem 800 flor. auri, spoliare præsumpserunt, non absque conniventia communis hominum dicti castri, donec eisdem spoliatis plenarie satisfaciant; homines vero præfati communis compellat ad satisfaciendum eisdem damna passis, si forte dicti spoliatores non fuerint aut nequiverint reperiri; attento quod Rom. Pontifices in certis anni festivitatibus contra tales spoliatores excom. sententiam promulgant. (*A.* 85, f. 275 v°; *V.* 126, n. 223.)

27 jul. (VI kal. aug.) — **6317.** — *Abb. monast. Aureliacen., s. Flori di.*, mand. ut piam testamentariam voluntatem quond. Bernardi Viridarii, laici ejusd. di., contra Geraldum, clericum, et Joannem de Pomeriis, laicum, dicti Bernardi nepotes exsequatur; ex petitione pauperum de Maurcio, dictæ di., qui ex voluntate ejusd. Bernardi medietatem bonorum

Datum *Avenione.*

suorum habere debent, alia medietate pro ædificatione hospitalis in loco de Marcoles, dictæ di., relicta. (*A.* 52, f. 11; *V.* 125, n. 347.)

30 jul. (III kal. aug.) Gr. pro Deo.

* **6318.** — *Gotio, patriarchæ Constantinopolitan., Apost. sedis nuncio,* mand. ut postquam ad partes regni Siciliæ seu terram dicti regni citra Pharum pervenerit, ad ulteriora procedat in processu coram archiep.o Ebredunen., P. P. commissario, et Guillelmo de Sancto Paulo, cler., thesaurario R. E. in civit. Beneventan., ipsius substituto, legitime habito in causa vertente inter Petrum, ep.um. Montismaran., ex una parte, et Arnaldum, ep.um Beneventan., ex altera. Dictus enim Petrus ep.us Montismaran. post obit. Barbati electus et per b. m. Monaldum archiep.um Beneventan. metropolitanum consecratus, episcopatu suo fuit spoliatus et diu, tempore Joannis XXII, contra quond. Angelum Audini, asserentem se canonicum ejusdem eccl. et etiam coelectum, litigans, dictum Arnaldum archiep.um suspectum allegaverat. (*A.* 85, f. 291; *V.* 126, n. 250.)

31 jul. (II kal. aug.) T. XII.

6319. — Hortatoria *Bertrando, archiep.o, ac decano, ministrali et capit. Viennen.*, ut Rollandum de Scarampis, can. Laudunen., P. P. cap., ad civit. Viennen. et alia loca pro certis negotiis ipsos et dictam eccl. contingentibus, a Pontif. destinatum, benigne recipientes, ipsi diebus singulis tres flor. auri assignent. (*A.* 85, f. 270 v°; *V.* 126, n. 214.)

Ut s. — T. XVI.

6320. — *Mag. Rollando de Scarampis, can. Laudunen., P. P. cap.*, mand. ut ad civit. Viennen. et alia loca vicina se indilate conferens, se informet et referat de controversiis vertentibus inter Bertrandum, archiep.um Viennen., ex una parte, et Humbertum de Claromonte, decanum, ac Sibaudum, mistralem, et capit. eccl. Viennen. ex altera. (*A.* 85, f. 285 v°; *V.* 126, n. 241.)

2 (IV non.) *aug.*

6321. — *Ep.o Leodien.* scribitur iterato ut quasdam « ballas » mercatorum Florentin. per ipsum in terris suis detentas sine difficultate relaxet. (*A.* 52, f. 11 (rub.); *V.* 125, n. 350; cf. n. 6292.)

3 (III non.) *aug.*

6322. — *Archiep.o Strigonien., et ep.o Agrien.*, mand. ut contenta in apost. litteris eisdem directis, circa restitutionem mensæ archiepiscopalis Colocen. et Bachien., quam non absque conniventia Caroli regis Hungariæ laicalis potestas occupavit, procurandam, fideliter et sine mora exsequantur; attento quod a tempore expeditionis dictarum litterarum superaddita sunt mala pejora prioribus et damna illata multum excreverunt. (*A.* 52, f. 11 (rub.); *V.* 125, n. 349.)

4 (II non.) *aug.*

6323. — *Guillelmo Lombardi, officiali Avenion.*, mand. ut Jacobo de Perusio, qui se dicit mon. monast. s. M. de s. Monte Affellonico, O. S. B., Aretin. di., de quibusdam enormibus ipsi impositis faciat justitiæ complementum. (*A.* 52, f. 11 (rub.); *V.* 125, n. 354; cf. n. 6341.)

Ut s.

6324. — *Archiep.o Lugdunen.* mand. ut inhibeat ep.o Eduen. ne contra Margaretam de Sancteyo seniorem, et moniales monast. s. Andochii, Eduen. di., O. S. B., dictam Margaretam eligentes ad abbatiam dicti monast. aliquid innovet vel attentare præsumat, donec hujusmodi electionis negotium in concistorio proponatur, audiaturque dictarum electæ et eligentium appellatio ad Sed. Apost. directa, contra prædicti ep.i oppositionem, necnon remotionem per ipsum factam de prædicta electa ab administratione monast. et excommunicationem contra ipsam promulgatam. (*A.* 52, f. 11; *V.* 125, n. 351.)

Ut s.

6325. — *Nonantulan., Mutinen. di., et s. Prosperi Regin. monast. abbatibus,* mand. ut super jure in quodam campo seu tenimento XII mensurarum seu *bubulcarum*, ad archipr. et conv. monast. s. M. de Castro Carpi, O. S. A., Mutinen. di., pertinente,

Datum *Avenione.*

quod a quibusdam detinetur occupatum, inquirant et referant veritatem. (*A.* 52, f. 11 (rub.); *V.* 125, n. 348.)

13 (id.) *aug.* * **6326.** — *Viterbien. et Tudertin. ep.is,* mand. ut ultimam voluntatem quond. Gentilis filii quond. Francisci Mathæi de filiis Ursi, de Urbe, prout justum fuerit, exsequantur; ex petitione Neapoleonis, s. Adriani diac. card., exsecutoris testamenti dicti Gentilis, nep. sui; describuntur ordinationes et legata hujus testamenti. (*A.* 52, f. 11 (rub.); *V.* 125, n. 353; cf. n. 6260; Theiner, *Cod. dipl.*, II, p. 37.)

31 aug. (II kal. sept.) T. XVI. **6327.** — *Joanni, abb. monast. s. M. Florentin.*, mand. ut monast. s. Salvatoris de Septimo, Cist. ord., Florentin di., per quond. Placitum Hugolini occupatum, et ab ipso Joanne abb. ad manus P.P. positum, omni dilatione postposita, dimittere et assignare procuret Remigio Sapiti, abb. dicti monast., theol. doct., nuper promoto apud Sed. Ap. (*A.* 85, f. 303 v°; *V.* 126, n. 269; cf. n. 6272, 6298, 6304.)

Ut s. — T. XII. **6328.** — *Abb. monast. in Schola Dei, Bremen. di.*, mand. ut faciat justitiæ complementum super eo quod abbas monast. in Rotthum, O. S. B., Monasterien. di., (abbatis qui nunc est immediatus prædecessor) totum jus quod dictum monast. in paroch. eccl. in Crepeswald, Trajecten. di., per mon. dicti monast. gub. consueta, habebat, etiam sine conventus assensu, in manus personæ paroch. in Groninghen, dictæ Trajecten. di. (in cujus personatu dicta paroch. eccl. esse dicitur constituta), tanquam simplex et juris ignarus resignavit de facto. (*A.* 85, f. 313 v°; *V.* 126, n. 288.)

1 (kal.) *sept.* T. X. **6329.** — *Abb. Cellæ juxta Trecas, ac decano et cantori Trecen.*, mand. ut revocent concessiones per prædecessores Joannis, ep.i Lingonen., factas de decimis et aliis juribus ad mensam episcopalem spectantibus. (*A.* 85, f. 322 v°; *V.* 126, n. 301.)

Ut s. — T. XVI. **6330.** — *De Bonacumba et de Bolbona, Ruthen. et Mirapiscen. di., abbatibus,* mand. ut contra monachos et conversos monast. Grandis Silvæ, Cist. ord., Tolosan. di., qui detestandos excessus et insolentias, tam incedendo cum armis, ac invadendo, offendendo, et etiam interdum more prædonico disrobando itinerantes commiserunt et committere non formidant, juxta priorum eis jam directarum litterarum continentiam procedant, quamcumque administrationem, seu offic. dicti monachi et conversi obtineant, ac cujuscumque status vel conditionis extiterint, persona abb. dicti monast. dumtaxat excepta; cum facultate perpetuo amovendi et administrationes vel officia hujusmodi personis aliis committendi. (*A.* 85, f. 303 v°; *V.* 126, n. 270; cf. 7411.)

Ut s. — T. XVI. **6331.** — *Universis abb. Cist. ord. in Bituricen., Narbonen., Auxitan. et Tolosan. provinciis constitutis,* mand. ut præfatis abbatibus de Bonacumba et de Bolbona, inquisitoribus circa præmissa, devote et obedienter pareant, præfatos monachos et conversos in suis monast. carceri mancipando et eos faciendo sub fida custodia detineri. (*A.* 85, f. 304; *V.* 126, n. 271.)

Ut s. **6332.** — *Archiep.o Nidrosien.* mand. ut ministro provinciali et fratribus ord. Min provinciæ Daciæ faciat justitiæ complementum contra Petrum, archiep.um Upsalen., ord. Præd. professorem, Sighfridum decan., Laurentium Unga, mag. Amerum Odhinum, et Jordanum, canonicos Upsalen., qui dictos fratres Min. multum vexaverunt. Dictus enim archiep.us inter alia apostatæ cuidam ord. Min. defensionem et protectionem concessit; Magnum, regem Suetiæ, qui tunc coronari debebat, quique in loco de Stokolm et in eccl. frat. Min. dicti loci, ubi cl. mem. rex, avus, et regina, avia ejusd. Magni, sepulti sunt, disposuerat coronationis suæ recipere diadema, quin ibidem coronaretur impedivit; multasque alias injurias eisdem fr. Min. irrogavit (*A.* 52, f. 11 v° (rub.); *V.* 125, n. 355; Eubel, *Bull. Francisc.* VI, n. 94.)

18 sept. (XIV kal. oct.) T. XXI ½. **6333.** — *Rogerio, ep.o Laudunen.*, mand. ut omni dilatione et appellatione remotis, exsecutores ultimæ voluntatis Alberti, ep.i Laudunen., sui proximi prædecessoris,

Datum *Avenione*.

compellat ad restituendum fideliter decimam a Joannne XXII pro passagio generali Terræ Sanctæ impositam et per ipsum Albertum ep.um (contra formam mandati archiep.is, eorumque suffraganeis regni Franciæ dudum per P. P. directi circa cessationem exactionis ejusd. decimæ) collectam et ad manus exsecutorum prædictorum perventam, personis seu beneficiis pro quibus fuit dicta decima persoluta. (*A.* 85, f. 331 v°; *V.* 126, n. 317; cf. n. 6302.)

1 (kal.) *oct.*

6334. — *Archiep.o Mediolanen., et abb. monast. s. Christophori de Bergamasco, ac præp. eccl. s. Evaxii de Casali s. Evaxii, Aquen. et Vercellen. di.*, mand. ut Frederico, Fructuarien., et Leoni de Monteferrato, s. Juliæ monast. abbatibus, eorumque conventibus, O. S. B., Iporien. et Aquen. di., contra nob. Jacobum de Carreto, marchionem Saonen. et ejus fautores faciant justitiæ complementum circa occupationem indebitam dicti monast. s. Juliæ. (*A.* 52, f. 11 v° (rub.); *V.* 125, n. 358.)

4 (IV non.) *oct.*

6335. — *Abb. monast. de Putealea, Sabinen. di., et Nicolao Arloti, ac Angelo Jacobi Potorarii, canonicis Lateranen.*, mand ut citent Philippum de Murro, mon. monast. Farfen., O. S. B., ad R. E. multo medio pertin., olim ord. Min. professum, multis criminibus irretitum, ut apost. conspectui se præsentet; ex petitione abb., prioris et conv. dicti monast. (*A.* 52, f. 11 v° (rub.); *V.* 125, n. 356.)

7 (non.) *oct.*

6336. — *Archiep.o Lugdunen.* mand. ut Simoni de s. Cruce, decano eccl. Matisconen., contra Guillelmum de Antigueio, dominum castri de S. Cruce, Lugdunen. di., ejus nep., faciat justitiæ complementum. Dictus enim nepos invasit castra, villas, terras et loca de Montron, de Montfort et de Belloreditu, necnon burgum castri Mailleti in di. Lugdunen., et Bisuntin., ac in terra Imperii consistentia et ad dictum decanum spectantia. (*A.* 52, f. 11 v° (rub.); *V.* 125, n. 359.)

9 (VII id.) *oct.*
T. XXII.

6337. — *Decano et capit. eccl. Hereforden.* Annotatio unionis paroch. eccl. de Scheingfeld (20 lib. sterl.), cum capella de Swallefeld dependente ab ea, Saresbirien. di., per Joannem XXII (VII kal. febr. a. IV) factæ favore decani et capit. Hereforden. in ead. eccl. paroch. jus patronatus obtinentium, in recompensam expensarum per eos factarum in prosecutione canonizationis Thomæ de Cantalupo, ep.i Hereforden., et faciendarum in reædificatione eccl. Hereforden. quam olim instaurare volentes supra fundamentum antiquum, quod judicio architectorum firmum putabatur, multa ad decorem domus Dei ædificari fecerunt opere sumptuoso; in quorum constructione 20,000 march. sterl. et amplius consumpserunt, et nunc propter debilitatem fundamenti prædicti judicio simili totaliter innovanda est. (*A.* 54, f. 99; et 85, f. 414.)

14 (II id.) *oct.*

6338. — *Abb. s. Andreæ, O. S. B., Avenionen. di., et Ludovico de Petragrossa, archipr. eccl. Vivarien.*, mand. ut inquirant et referant de facultatibus monast. s. M. de Furnis, O. S. B., Avenion. di., an ad sustentationem numeri plusquam triginta monialium sufficiant. (*A.* 52, f. 11 v° (rub.); *V.* 125, n. 357.)

18 oct.
(XV kal. nov.)
T. XX.
De camera sine signo v.canc.

6339. — *Archiep.o Tarantasien., et Joanni Ogerii, decano Belnen., Eduen. di., collectori fructuum benef. vac. in Bisuntin. prov. auct. Ap. deputato*, mand. ut ponant ad manus P.P., etiam invocato auxilio brachii sæcularis, decanatum eccl. Bisuntin. et scholastriam ejusd. eccl., nec non canon. et præb. eccl. in Columbimonasterio, Bisuntin. di.; nisi Joannes de Corcondraio, qui illos, (prætextu permutationis cum Joanne de Calvigniaco pro archidiaconatu de Arceio in eccl. Trecen. factæ, et per Joannem XXII viribus vacuatæ) detinet, sine contradictione quacumque in manu prædicta illos dimiserit. Litteræ apost. desuper jam expeditæ (n. 6309; cf. n. 6465) et processus habiti fuerunt, quibus idem Joannes parere noluit. (*A.* 85, f. 340. *V.* 126, n. 331; 133, f. 99, n. 348; Daumet, n. 508.)

Datum *Avenione.*

18 oct. (xv kal. nov.) T. XVI.

6340. — *Jacobus de Ortis*, olim can. monast. s. Michaelis de Cornu Bovis, O. S. A., Terraconen. di., a Joanne XXII ad eccl. Dertusen., O. S. A., translatus, in ead. eccl. obtinere debet locum per obit. Pontii de Guardia apud Sed. Ap. prævia reservat vac. (*A.* 52, f. 120 v°; et 53, f. 253.)

23 oct. (x kal. nov.)

6341. — *Girberto, abb. monast. s. Victoris Massilien.*, mand. ut de impositis Jacobo de Perusio se asserenti mon. monast. s. M. de Monte Affellonico, O. S. B., Aretin. di., faciat justitiæ complementum. (*A.* 52, f. 11 v° (rub.); *V.* 125, n. 360; cf. n. 6323.)

31 oct. (ii kal. nov.) T. XX.

6342. — *Archiep.o Tolosano* mand. ut faciat justitiæ complementum super querela universorum leprosorum domorum et aliorum locorum leprosariarum civit. et suburbiorum ejus ac di. et vicariæ Tholosan. porrecta, contra Galterium de Novilla, vicarium Tholosanum, qui occasione quorumdam criminum dudum eisdem leprosis impositorum a quibus postea tamquam innocentes fuerunt absoluti, bona eorum, prætextu mandati sæcularis et temporalis domini superioris occupavit : vineas et arbores extirpando, calices, campanas et eccl. ornamenta vendendo, et nequiter distrahendo; non obstante appellatione per ipsos ad Sed. Apost. interposita et coram cancellario eccl. Tolosan., commissario apost. prosecuta, cujus occasione idem Galterius et alii sæcularem potestatem gerentes eorum procuratores et advocatos ceperunt et arrestarunt. (*A.* 85, f. 347; *V.* 126, n. 342; Vidal, *La poursuite des Lépreux en 1321*, p. 61.)

4 (ii non.) *nov.*

6343. — *Scholastico Constantien., et mag. Durando de s. Salvatore, Viennen., ac mag. Rolando de Scarampis, Laudunen. canonicis*, mand. ut gratiam factam Ulrico, dicto Spuel, cler. Constantien. di., in forma pauperum exsequantur contra Nicolaum ep.um Constantien., qui canon. et præb., quos in eccl. s. Michaelis Beronen. mag. Hermannus protonotarius Othonis, ducis Austriæ, resignavit, ipsi Ulrico virtute prædictæ gratiæ conferre recusat. (*A.* 52, f. 11 v° (rub.); *V.* 125, n. 371.)

13 (id.) *nov.* T. XXIV.

6344. — *Patriarchæ Aquilejen.* remittitur negotium electionis Ognibonæ, mon. monast. s. M. in Organis Veronen., O. S. B., eccl. Aguilejen. immediate subjecti, ad abbatiam ejusd. monast. per obit. vacantem; informatio enim per dictum patriarcham pontifici desuper transmissa fuit examinata. (*A.* 85, f. 371; *V.* 126, n. 388.)

Ut s.

6345. — *Ad fut. rei mem.* Reservatio facta viii kal. jul., anno pontif. xii°, a Joanne XXII de canon., præb. et præpositura quos quond. Guillelmus Davini in eccl. Valentin. obtinebat, valere debet ac si bullæ super hoc bullatæ fuissent. (*A.* 52, f. 11 v° (rub.); *V.* 125, n. 365.)

20 nov. (xii kal. dec.) T. XII.

6346. — *Petro, ep.o Aurasicen., comitatus Venaissini rectori*, mand. ut redditus castri s. Cæciliæ, dicti comitatus, ad R. E. pertin., per thesaurarium ejusd. comitatus pro Rom. Eccl. quond. Janeto de Caderossa, laico, usque ad certum terminum, pro certo pretio venditos, nomine curiæ Comitatus prædicti libere restituat Bertrandeto, filio et hæredi dicti Janeti, cler. Aurasicen. di., pauperrimo. (*A.* 85, f. 371; *V.* 126, n. 390.)

Ut s. — T. XX.

6347. — *Archiep.o Lugdunen.* mand. ut Philippo de Bellojoco, can. Lingonen., et aliis complicibus ejus, per publicæ citationis edictum, si commode non poterint personaliter reperiri, ad suam præsentiam legitime evocatis, contra eos ad privationem omnium dignitatum et offic., ac aliorum benef. quæ obtinent, et inhabilitatem obtinendorum, ac alias pœnas appellatione remota procedat. Ipsi enim contra Joannem, ep.um Lingonen., eorum proprium præsulem insurgentes, die tertia mensis oct. prox. præt. portam castri de Burgo, Lingonen. di., armata manu invadentes, eam fregerunt, et custodes ipsius usque ad pontem levatum ante fortalitium dicti castri per mediam noctem fuerunt prosecuti ; ac demum erga dictum ep.um tunc dormientem nequitias suas exercere nequentes, quatuor equos, una cum vestimentis et bonis custodis

Datum *Avenione.*

et duorum aliorum familiarium dicti ep.i secum abduxerunt; et his non contenti, die sequenti villam de Montegneio, ejusd. ep.i, invadentes, boves et jumenta dictæ villæ numero 150 secum abduxerunt, ac quatuor homines qui se iniquis eorum ausibus opponebant occiderunt, etc. (*A.* 85, f. 376; *V.* 126, n. 400.)

27 *nov.* (v kal. dec.) **6348.** — *Ep.o, et Fulconi de Chanaco, canon., ac officiali Parisien.*, mand. ut Stephanum de Biceio, gerentem se pro generali mag. hospitalis supra fluvium de Roignon, Ord. novi de Charitate B. M., Catalaunen. di., et Petrum de Bensevilla, Thomam Garin, ac quosdam alios ejusdem novæ religionis, qui domum ad archiep. Rothomagen. pertinentem invaserunt et in ipsa officia divina publice celebrarunt, citent ut apost. conspectui personaliter se præsentent; quodque archiepiscopos Rothomagen., Senonen., Remen., ac episcopum Cathalaunen. et alios suffraganeos, in quorum provinciis et diœcesibus fratres ejusdem novæ religionis, interdum de ordine Charitatis B. M., interdum de tertio ordine b. Francisci se nominantes, nova oratoria cum campanis et altaribus, nulla super hoc obtenta ordinariorum licentia, erexerunt et in eisdem divina celebrarunt, citare etiam procurent apostolico conspectui se præsentaturos, si credant ipsos interesse. (*A.* 52, f. 11 v° (rub.); *V.* 125, n. 364; cf. n. 5080.)

4 (II non.) *dec.* T. XX. **6349.** — *Archiep.o Ravennaten., et Faventin. ac Imolen. ep.is*, mand. ut contra nob. Mastinum de La Scala, et ejus complices, aut officiales, in civit. Parmen. de injuriis, damnis, et excessibus Hugolino, ep.o Parmen., illatis, cognoscant, et ad publicationem pœnarum propterea incursarum juxta constitutionem Concilii Viennen. quæ incipit *Si quis suadente* auctoritate apost. procedant, invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii sæcularis; attento quod idem Mastinus et Albertus de La Scala, frater ejus, pro quibus Gotofredus de Sexo in civit. et districtu Parmen. « potestariæ » officium gerebat, ac Aczo de Corrigia, præp. eccl. s. Donnini de Burgo, Parmen. di., necnon Simon et Guido de Corrigia, fratres ejusd. præp., per alias litteras citati non comparuerunt. Idem tamen Mastinus nuntios suos ad Rom. curiam destinavit, et obtulit se velle restituere ep.o supradicto, a præfato Gotofreto de conniventia dicti Mastini exbannito, omnia bona eccl. suæ. (*A.* 85, f. 388; *V.* 126, n. 421.)

Ut s. * **6350.** — *Cæsaraugustan., et Toletan. archiep.is, ac ep.o Conchen.*, mand. ut citent Alphonsum Petri, asserentem se magistrum domus Militiæ de Calatrava, Cist. ord., Toletan. di., et Joannem Nuni, ac alios quorum interest, ut cum actis et munimentis ipsum negotium tangentibus apost. conspectui se præsentent circa possessionem magisterii dictæ domus super qua litigant sententiam audituri. (*A.* 52, f. 11 v° (rub.); *V.* 125, n. 363.)

7 (VII id.) *dec.* **6351.** — *Petro Geraldi, can. Burdigalen.*, mand. ut Gundisalvum quond. ep.um Mindonien. absolvat et corpus ejus tradi faciat ecclesiast. sepulturæ, si constiterit consanguineos vel amicos dicti ep.i satisfecisse de summa 18,852 marabotinorum quam b. m. Guillelmo, ep.o Sabinen., tunc Apost. legato debebat et de qua certa pars ad Cameram Apost. pertinet. (*A.* 52, f. 11 v° (rub.); *V.* 125, n. 367.)

1 (kal.) *jan. 1339.* **6352.** — *Joanni, abb. monast. s. M. Florentin.*, mand. ut se informet super constructione molendini cujusd. in quadam possessione episcopatus Florentini in Populo s. Cassiani, districtus Florentini, per Aldibrandum ejusque fratres, natos Catellini Aldibrandi, cives Florentinos facienda, et an ad episcopatus utilitatem vertat permutatio a dictis civibus proposita; dicti enim cives ad molendinum prædict. non possunt aquarum habere decursum nisi per dictam episcopatus possessionem. (*A.* 85, f. 401 (frag.); *V.* 126, n. 440; cf. n. 7344.)

? — ... **6353.** — *Universis.. communionem Apost. Sedis habentibus.* Fragmentum responsi dom. P. P. super reconciliatione Ludovici de Bavaria, scilicet, quod per Sanctitatem suam

Datum *Avenione.*

non stetit neque stabit quin ad reconciliationem prædictam procederetur, et jam dudum fuisset processum et quod semper exhibuerat se promptam et paratam ad procedendum cum nunciis ejus, videlicet comite Juliacen. et aliis, et ut posset procedi cautius et celerius in reconciliatione prædicta fecerat examinari procuratoria Ludovici præfati et abbreviari processus per Joannem XXII habitos. (*A.* 52, f. 238 v°.)

BENEDICTI XII

LITTERÆ DE CURIA

ANNI IV (1338)

30 jan. 1338. (III kal. feb.)

6354. — *Mag. Philippo de Cambarlhaco,* Apost. Sed. nuntio, archid. Ganden. in eccl. Tornacen., P. P. cap., mand. ut contra quosdam occupatores bonorum ecclesiast. in partibus Dalphinatus et comitatus Sabaudiæ faciat personis conquærentibus justitiæ complementum. (*A.* 52, f. 12; *V.* 125, n. 1-1, *de curia*; Daumet, n. 402.)

Ut s.

6355. — *Archiep.is et ep.is, cæterisque personis ecclesiasticis etiam militarium ord., exemptis et non exemptis,* mand. ut ultra tres flor. prædicto Philippo de Cambarlhaco per P. P. destinatos unum flor. auri singulis diebus ipsi assignent, ita quod habeat quotidie quatuor flor. ab eo inter ipsos proportionaliter distribuendos; ipsique provideant de securo conductu eundo, morando et redeundo. (*A.* 52, f. 12; *V*, 125, n. 1-2, *de cur.*; Daumet, n. 403.)

20 feb. (X kal. mart.)

6356. — *Ad fut. rei mem.* Inhibetur archiep.o, decano, et capit. Maguntin. ne contra reservationem apostolicam eccl. Maguntin., cum eam per cessionem vel decessum Henrici, archiep.i Maguntini, vel alio quocumque modo vacare contigerit, quicquid faciant, vel attentare præsumant. (*V.* 126, n. 7; Riezler, n. 1934.)

9 apr. (In Cœna Domini).

6357. — *Ad perp. rei mem.* Excommunicamus et anathematizamus ex parte Dei Omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, auctoritate quoque s. s. Apost. Petri et Pauli ac nostrâ, omnes hæreticos, Gazaros, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Arnaldistas, Speronistas et Passaginos, et omnes alios quocumque nomine censeantur, ac omnes fautores, receptatores et defensores eorum. Item omnes piratas, cursarios, et latrunculos marinos, etc. Item omnes qui in terris suis nova pedagia imponunt. Item omnes illos qui equos, arma, ferrum, lignamina vel alia prohibita deferunt Sarracenis, etc. Item omnes falsarios bullæ, seu litterarum nostrarum. Item omnes illos qui ad Sed. Apost. venientes vel recedentes ab ea, nec non illos qui jurisdictionem ordinariam vel delegatam aliquam non habentes, in eadem curia morantes temeritate

Datum *Avenione.*

propria capiunt, spoliant, vel detinere præsumunt et qui talia fieri faciunt sive mandant. Item omnes illos qui per se vel alium seu alios quascumque personas ecclesiasticas vel sæculares ad Roman. curiam super eorum causis et negotiis recurrentes, illaque in ead. curia prosequentes, aut procuratores, gestores, advocatos, vel promotores ipsorum, vel etiam auditores seu judices qui super dictis causis seu negotiis deputantur, occasione causarum vel negotiorum hujusmodi verberant, mutilant vel occidunt, etc. Actum Avenione, in palatio nostro Apost., in die Cenæ Domini, Pontif. nostri anno quarto. (*A.* 52, f. 12 v°; *V.* 125, n. 1-3 *de cur.*; Riezler, n. 1941.)

12 (II id.) *apr.* **6358.** — *Nobilibus Jacobo de Gabriellibus, et Boso Novello, militibus Eugubin., officium senatoriæ pro P. P. in Urbe gerentibus,* mand. ut civitates, castra, villas, terras et loca quæcumque ad rempublicam pertinentia dictæ Urbis per nobiles et alios cives Urbis occupata, ad jus et proprietatem ipsius prævia justitia studeant revocare. (*V.* 126, n. 4 *de cur.*)

Ut s. **6359.** — *Hugoni Augerii, can. Narbonen., rectori patrim. b. Petri in Tuscia,* mand. ut bona ad R. E. spectantia in terris ejus commissis regimini consistentia, indebite a quibusdam civibus romanis occupata, ad jus et proprietatem dictæ R. E. studeat revocare. (*A.* 52, f. 1 (rub.); *V.* 125, n. 1-6 *de cur.*; Theiner, *Cod. dipl.*, II, p. 35.)

Ut s. **6360.** — Idem mand. *Rogerio de Vintrono,* archid. Conchen. in eccl. Ruthenen., Campaniæ Maritimæque rectori. (*A.* 52, f. 1 (rub.); *V.* 125, n. 1-7 *de cur.*)

Ut s. **6361.** — *Jacobo de Gabriellibus, et Boso Novello, militibus Eugubin.,* officium senatoriæ pro P. P. in Urbe gerentibus, mand. ut Patrim. b. Petri in Tuscia, ac Campaniæ Maritimæque rectoribus in his quæ ad eorumdem spectant officium assistant auxiliis et favoribus opportunis. (*A.* 52, f. 1 (rub.); *V.* 125, n. 1-4 *de cur.*)

13 (id.) *apr.* **6362.** — *Eisdem senatoribus* mand. ut contra violatores treugarum inter Columnenses et Ursinos apost. auct. inditarum faciant damnum passis justitiæ complementum. (*A.* 52, f. 1 (rub.); *V.* 125, n. 1-5 *de cur.*)

Ut s. **6363.** — *Hugoni Augerii, can. Narbonen., rectori Patrim.,* mand. ut singulis communitatibus terrarum suæ jurisdictioni commissarum studeat inhibere ne durantibus treugis inter Romanos nobiles dissidentes auctoritate apost. indictis eisdem nobilibus in dictarum treugarum præjudicium impartiantur auxilium vel favorem. (*A.* 52, f. 1 (rub.); *V.* 125, n. 1-8 *de cur.*)

Ut s. **6364.** — Idem mand. *Raimundo de Poioliis,* archid. Petragoricen., rectori ducatus Spoleti. (*A.* 52, f. 1 (rub.); *V.* 125, n. 1-9 *de cur.*)

Ut s. **6365.** — *Nobilibus Jacobo de Gabriellibus, et Boso Novello, militibus Eugubin., officium Senatoriæ pro P. P. in Urbe gerentibus,* mand. ut personas quarum mandato et opere, durantibus treugis inter Ursinos et Columnenses, destructio pontis Milvii et aliorum pontium super Tiberim fuit perpetrata ad refectionem et reparationem ipsorum, diligenti præhabita informatione, compellant. (*V.* 126, n. 1 *de cur.* ; Theiner, *Cod. dipl.* II, p. 35.)

Ut s. **6366.** — *Eisdem* mand. ut præter fidejussorias cautiones quas senatores Urbis qui sunt pro tempore recipi consueverunt, a principalibus dissidentibus dictæ Urbis dumtaxat sufficientes obsides recipere procurent usque ad finem treugarum per P. P. inter Ursinos et Columnenses indictarum sub provisa custodia detinendos. (*V.* 126, n. 2 *de cur.*)

Ut s. **6367.** — *Hugoni Augerii, rectori Patrimonii,* mand. ut gerentibus officium Senatoriæ in Urbe, in his quæ ad officium pertinet eorumdem assistat auxiliis et favoribus, prout fuerit opportunum. (*V.* 126, n. 3 *de cur.*)

Datum *Avenione.*

17 apr. (XV kal. maii.) **6368.** — *Priori provinciali Franciæ, ord. Præd.*, mand. ut in locis provinciæ sibi commissæ suspensionem capituli celebrandi in civit. Meten. per se et per alios debeat publicare. (*A.* 52, f. 238 (fragm.); *V.* 125, n. 1-10 *de cur.*; Daumet, n. 431.)

Ut s. **6369.** — Idem mand. *priori ord. Præd.* domus Meten. (*A.* 52, f. 238 (fragm.); *V.* 125, n. 1-11 *de cur.*; Sauerland, *Vatikanische Urkunden*, n. 740.)

20 apr. (XII kal. maii.) **6370.** — *Jacobo de Gabriellibus, et Boso Novello, militibus Eugubin., officium Senatoriæ in Urbe gerentibus*, mand. ut quibuslibet conquærentibus super spoliationibus et damnis aliis, occasione discordiæ inter Ursinos et Columnenses receptis, faciant justitiæ complementum. (*A.* 52, f. 238 (fragm.); *V.* 125, n. 1-12 *de cur.*)

Ut s. **6371.** — Idem mand. *Joanni, ep.o Anagnin., P. P. in Urbe vicario.* (*A.* 52, f. 238 v° (fragm.); *V.* 125, n. 1-13.)

1 (kal.) *maii.* **6372.** — *Geraldo, ministro generali ord. Min.*, mand. ut Laurentium de Ancona, fratr. dicti ord., olim in Anconitana Marchia inquisitorem hæreticæ pravitatis, capiat captumque ad curiam Roman. sub fida custodia transmittere non postponat. (*V.* 126, n. 5 *de cur.*; Eubel, *Bull. Franc.* VI, n. 87.)

Ut s. **6373.** — *Canhardo de Sabalhano*, rectori Marchiæ Anconitan., mand. idem. (*V.* 126, n. 6 *de cur.*)

23 maii. (X kal. jun.) * **6374.** — *Florentino et Auximan. ecclesiæ olim cathedralis ep is,* ac *Canhardo de Sabalhano, rectori Marchiæ Anconitan.*, mand. ut sententiam latam per Gotium, patriarcham Constantinopolitan., et Bertrandum, archiep.um Ebredunen., contra Lippatium et Andream, fratres, milites Auximan., et Laurentium de Ancona, ord. Min., olim inquisitorem in Marchia Anconitana debitæ exsecutioni demandent. Dictus Laurentius, in officio prædicto quond. Laurentii de Mundayno, ejusd. ord., successor, processus et sententias quos et quas ipse prædecessor contra dictos Lippatium et Andream labis hæreticæ maculis irretitos fecerat et tulerat per suam erroneam sententiam annullavit et cassavit; propter quod a dictis Gotio et Bertrando citatus fuit et condemnatus, sicut et ipsi Lippatius et Andreas contumaces declarati fuere. (*V.* 126, n. 10 *de cur.*)

27 maii. (VI kal. jun.) **6375.** — *Petro, Rothomagen., et Guillelmo, Senonen. archiep.is*, mand. ut a burgensibus in regno Franciæ deputatis pro collectione et perceptione decimæ Sancto Passagio applicandæ, de omnibus et singulis receptis et expensis computum et rationem debitam recipere et deinde Sedi Apost. particulariter et distincte reddere non postponant. (*V.* 126, n. 8 *de cur.*; Daumet, n. 443.)

1 (kal.) *jul.* * **6376.** — *Archiep.o Colonien. ejusque suffraganeis*, insinuatur veritas tractatus apud Sed. Ap. habiti cum nunciis Ludovici de Bavaria super reconciliatione ipsius cum Ecclesia, et mand. eisdem ut hujus tractatus veritatem publicent populis fidelibus suis. — In e. m. archiep.o Magdeburgen. ejusque suffraganeis; archiep.o Bremen. ejusque suffraganeis; ep.o Meten.; ep.o Brixien.; ep.o Leodien.; ep.o Patavien.; ep.o Constantien.; archiep.o Salzeburgen. ejusque suffraganeis. (*A.* 52, f. 238 (fragm.); *V.* 125, n. 1-14 *de cur.*)

4 (IV non.) *jul.* * **6377.** — Pontifex describit processum rerum Sicularum a tempore occupationis Petri quond. regis Aragonum et Frederici ejusdem geniti; refert tractatum pacis sub Bonifacio VIII vallatum inter regem Trinacriæ et regem Siciliæ et ab eodem Bonifacio confirmatum. In quo quidem tractatu dictus Fredericus promisit solemniter quod ipse insulam Siciliæ in vita sua teneret ab Ecclesia Rom. et quod solveret annuum censum 3,000 unciarum auri ad generale pondus regni Siciliæ, in festo s. Petri, Rom. Pont. et Eccl.; item quod homagium ligium faceret juxta conventiones initas inter Rom. Eccl. et Carolum I, regem Siciliæ; item quod insula Siciliæ ob defectum solu-

Datum *Avenione.*

tionis census et præstationis homagii reverteretur cum insulis adjacentibus ad integritatem regni Siciliæ citra Pharum; item quod titulus regis Trinacriæ dicto Frederico nullum jus conferret; item quod pro generali censu ipsius regni et terræ solvi deberent 8,000 unc. auri. Dicitur etiam quod tempore adventus quond. Henrici, Romanorum imperatoris, ad partes Italiæ, idem Fredericus terras regis Roberti positas citra Pharum invasit, ac civitatem Regii et nonnulla alia castra Calabriæ violenter occupavit, ac ecclesias insulæ Siciliæ non restituit, sed bona eorum detinere præsumpsit usque ad obitus sui tempus; item quod P. P., in promotionis suæ primordiis, Bertrandum, archiep.um Ebredunen., ad Fredericum eumdem personaliter destinavit, et quod ipse Fredericus excom. sententiam incurrit infringendo treugas a Joanne XXII inter ipsum et dictum Robertum regem indictas. Denique mandatur *Gotio, patriarchæ Constantinopolitano, et Raterio, ep.o Vasionen., Ap. Sed. nuntiis,* ut ad dictam insulam Siciliæ seu loca vicina se conferentes, Petrum, ejusdem Frederici primogenitum, ac alios ejus natos seu hæredes auctoritate apost. declarent a jure « tenutæ » ejusdem insulæ Siciliæ et insularum adjacentium totaliter cecidisse, easdemque ad Rom. Eccl. fore reversas ac consequenter alteri parti terræ, scilicet citra Pharum, reintegratas et consolidatas existere, et ad dictum Robertum regem tanquam verum et directum feudatarium Eccl. Rom. pertinere. (*A.* 85, f. 113 (fragm.) et 256; *V.* 126, n. 46, *de cur.*; Raynaldi, an. 1338, n. xxxv.)

4 (IV non.) *jul.* * **6378.** — *Gotio, patriarchæ Constantinopolitan., et Raterio, ep.o Vasionen., Apost. Sedis nuntiis,* mand. ut ad insulam Siciliæ vel alia loca vicina se personaliter conferant, et vocatis vocandis, si tute vocari poterunt, alioquin per publicæ citationis edictum præsente ad hoc multitudine copiosa fidelium proponendum, celer et expeditum faciant justitiæ complementum super eo quod Petrus, primogenitus quond. Frederici, filii quond. Petri regis Aragonum, sub prætextu testamenti dicti Frederici sui patris insulam præfatam occupavit; instante Roberto rege Siciliæ qui seriem exponit omnium gestorum circa rebellionem ejusdem insulæ et guerras inde secutas. (*A.* 85, f. 116 et 250 v°; *V.* 126, n. 47 *de cur.*)

Ut s. **6379.** — *Archiep.is et ep.is regni Siciliæ,* mand. ut dictis nuntiis et cuilibet eorum, super hiis quæ prædictorum negotiorum prosecutionem seu exsecutionem respexerint, devote pareant et efficaciter obedire procurent. (*V.* 126, n. 35 *de cur.*)

Ut s. **6380.** — *Patriarchis, archiep.is, ep.is, etc., ad quos præsentes litteræ pervenerint,* mand. ut dictos nuncios cum per ipsorum partes transitum facient benigne recipiant, eis de securo conductu provideant, et decem, patriarchæ, octo vero ep.o flor. auri diebus singulis assignent. (*A.* 85, f. 117 v°; *V.* 126, n. 48 *de cur.*)

6 (II non.) *jul.* **6381.** — *Archiep.is et ep.is, etc.* mand. ut Rogerio de Quinbal et Vitali de Privazaco ad partes Tolosan. destinatis de securo conductu providere procurent. (*V.* 126, n. 9 *de cur.*)

7 (non.) *jul.* **6382.** — *Bertrando, patriarchæ Aquilejen.*, inhibetur expresse ne deinceps ad receptionem servitii communis quod præstare tenentur Rom. Eccl. omnes ep.i qui apud Sedem Apost. munus consecrat. recipiunt procedat præsertim dum suffraganei suæ Aquilejen. eccl. in illis partibus promoveri et consecrari continget, donec de suo et dictæ eccl. jure faciat coram P. P. plenam fidem; nam scripturæ quædam pro fulcienda parte sua ad P. P. missæ minime sufficiunt. (*V.* 126, n. 11 *de cur.*)

13 (III id.) *jul.* **6383.** — *Gotio, patriarchæ Constantinopolitano,* conceditur ut beneficia vac. apud Apost. Sed. possit conferre in Siciliæ regno, dummodo cujuslibet benef. redditus xv flor. auri valor. annuum non excedant. (*V.* 126, n. 45 *de cur.*)

Datum *Avenione.*

14 (II id.) *jul.*

6384. — *Gotio, patriarchæ Constantinopolitan., et Raterio, ep.o Vasionen., Apost. Sed. nuntiis in regno Siciliæ citra Pharum,* conceditur ut quoties celebrare vel proponere verbum Dei contigerit, ipsorum negotiorum prosecutione durante, possint auctoritate apost. unum an. et XL dies (pro patriarcha) vel C dies (pro ep.o) de indulgentia elargiri. (*V.* 126, n. 15 *de cur.*)

Ut s.

6385. — *Eisd. nuntiis,* conced. facultas exercendi censuram ecclesiast. in archiep.os, ep.os, et alias personas ecclesiast. vel sæc. qui et quæ circa ipsos vel eorum alterum vel ipsorum familiares injuriosi extiterint quocumque modo. (*V.* 126, n. 16 *de cur.*)

Ut s.

6386. — *Eisdem,* ut in locis interdicto suppositis possint missam et alia divina officia celebrare. (*V.* 126, n. 19 *de cur.*)

Ut s.

6387. — *Eisdem,* ut missam antequam illucescat dies celebrare possint, vel facere celebrari. (*V.* 126, n. 20 *de cur.*)

Ut s.

6388. — *Eisdem,* facultas communicandi et participandi cum personis excom. sententia innodatis. (*V.* 126, n. 22 *de cur.*)

Ut s.

6389. — *Eisdem,* facultas absolvendi excommunicatos dicti regni ob injectionem manuum in clericos violentam. (*V.* 126, n. 24 *de cur.*)

Ut s.

6390. — *Eisdem,* facultas injungendi prælatis et personis Præd., Min., Cist. et aliorum ord. infra regnum prædictum constitutis omnia quæ prosecutioni et utilitati negotiorum eis commissorum viderint expedire. (*V.* 126, n. 26 *de cur.*)

Ut s.

6391. — *Eisdem,* facultas compellendi auctoritate apost. prælatos et personas ord. quorumcumque ad providendum in necessariis nuntiis ipsorum, quos pro dictis commissis negotiis duxerint destinandos. (*V.* 126, n. 28 *de cur.*)

Ut s.

6392. — *Eisdem,* conceditur ut possint absolvere omnes Siculos ad devotionem R. E. redeuntes, ab excom. sententiis quas parendo Frederico, olim regi Trinacriæ, et ei adhærendo contra processus et inhibitiones Apost. Sed. damnabiliter incurrerunt. (*V.* 126, n. 37 *de cur.*)

Ut s.

6393. — *Gotio, patriarchæ Constantinopolitano,* conceditur facultas convocandi archiep.os et ep.os aliasque personas ecclesiasticas Siciliæ ad præsentiam suam, si pro reformatione status et personarum ecclesiast. vel pro dictorum exsecutione negotiorum convocationem fieri cognoverit expedire. (*V.* 126, n. 17 *de cur.*)

Ut s.

6394. — *Eidem,* mand. ut ea quæ de bonis monasteriorum monialium in dicta terra consistentium Apost. Sedi immediate subjectorum alienata invenerit, seu occupata, ad proprietatem dictorum monast. legitime revocare procuret. (*V.* 126, n. 23 *de cur.*)

Ut s.

6395. — *Eidem,* mand. ut si quas litteras sub nomine P. P. vel prædecessorum suorum nomine falso confectas in regno et terra prædictis ex fama vel aliquorum denuntiatione seu querela perceperit, ipsas exigat et, earum fabricatoribus carceri mancipatis, illas et quæcumque super hiis invenerit ad Apost. Sed. transmittere non postponat. (*V.* 126, n. 25 *de cur.*)

Ut s.

6396. — *Eidem,* mand. ut monasteria monialium Sedi Apost. immediate subjecta, quæ fama referente perceperit visitationis officio indigere, personaliter, si commode fieri poterit, alioquin per aliquam personam providam et honestam visitare procuret. (*V.* 126, n. 27 *de cur.*)

Ut s.

6397. — *Eidem,* mand. ut oppressiones quas nonnulli nobiles dictorum regni et terræ infligere et inferre dicuntur, fingentes se patronos ecclesiarum in quibus ipsi jus patronatus nunquam habuerunt, tali prætextu, veros rectores de dictis eccl.

Datum *Avenione.*

expellendo, et aliis dictas eccl. de facto conferendo, auctoritate apost. revocet et veros rectores in possessione reducat. (*V.* 126, n. 29 *de cur.*)

14 (ut id.) *jul.* **6398.** — *Eidem,* mand. ut clericos dictorum regni et terræ, quos beneficia quocumque modo apud Apost. Sed. vac. temeritate propria occupasse invenerit, ad se evocatos, ad dimissionem ipsorum appellatione remota compellat, illaque ad manus apost. recipiat. (*V.* 126, n. 31 *de cur.*)

Ut s. **6399.** — *Eidem,* conceditur ut possit cum decem personis dispensare super irregularitate, si qua contraxerint, celebrando divina rite ad ordines non promoti. (*V.* 126, n. 32 *de cur.*)

Ut s. **6400.** — *Eidem,* conceditur facultas inquirendi de oppressionibus et gravaminibus ecclesiarum et monasteriorum factis per nobiles illarum partium, seu de administratione improvida et dilapidatione prælatorum, nec non prædicta gravamina revocandi. (*V.* 126, n. 33 *de cur.*)

Ut s. **6401.** — *Eidem,* conceditur ut decem personas ecclesiasticas vel sæculares dictorum regni et terræ, quæ per judices a Sede Apost. deputatos excom. sententia fuerint innodatæ, ab hujusmodi sententia absolvere possit. (*V.* 126, n. 34 *de cur.*)

Ut s. **6402.** — *Eidem,* conceditur facultas suspendendi ab administratione bonorum universos archiep.os vel ep.os dictorum regni et terræ, quos bonorum ecclesiast. notorios dilapidatores fore conspexerit. (*V.* 126, n. 36 *de cur.*)

Ut s. **6403.** — *Eidem,* mand. ut constitutiones per P. P. editas super procurationibus in dictis regno et terra faciat inviolabiliter observari. (*V.* 126, n. 38 *de cur.*)

Ut s. **6404.** — *Eidem,* conceditur ut possit absolvere excommunicatos dictorum regni et terræ pro injectione manuum in clericos violenta. (*V.* 126, n. 39 *de cur.*)

Ut s. **6405.** — *Eidem,* mand. ut reformationes, ordinationes et statuta dudum edita super ordinibus s. B. et Monach. Nigrorum, ac Cisterc. et fratr. Min. in dictis regno et terra faciat inviolabiliter observari. (*V.* 126, n. 40 *de cur.*)

Ut s. **6406.** — *Archiep.is, ep.is, electis, abb., prioribus, decanis, archid.is, præpos., et aliis ecclesiast. personis, capit. et conv. Cist. et aliorum ord., exemptis et non exemptis, nec non mag., præceptoribus Hospitalis s. Joannis Hierosolymitan., et s. M. Theutonicorum, et aliorum Hospitalium, sive domorum per regnum Siciliæ citra Pharum constitutis,* mand. ut dictos nuntios benigne recipiant et pertractent et ad eorum præsentiam quoties expedierit accedentes, ipsorum statuta, monita et præcepta curent inviolabiliter observari. (*V.* 126, n. 18 *de cur.*)

Ut s. **6407.** — *Universi comites et barones per regnum Siciliæ constituti* hortantur ut dictos nuntios cum ad partes ipsas pervenerint benigne recipiant, et honorifice pertractare procurent. (*V.* 126, n. 30 *de cur.*)

Ut s. **6408.** — *Universitas hominum civit. Syracusanæ* hortantur ut ad Rom. Eccl. et regis Roberti devotionem et gratiam sollicitis et providis gressibus redeant, de receptione ipsius regis grata nullatenus dubitantes. — In e. m. Universitatibus hominum civit. Agrigentin., Panormitan., Messanen. (*V.* 126, n. 41, 42, 43, 44 *de cur.*)

Ut s. **6409.** — *Ad fut. rei mem.* Suspenditur effectus prohibitionis factæ, nec non sententiæ excom. latæ a Joanne XXII in illos qui ludo « carbonarii » qui prope mœnia civitatis Neapolitan. consuevit certis anni temporibus exerceri participant; attento quod ex sententia prædicta, ob contumatiam juvenum, nulla utilitas obvenit. (*V.* 126, n. 21 *de cur.*)

15 (id.) *jul.* **6410.** — *Bernardo de Lacu, rectori eccl. de Olonzano, S. Pontii Thomeriarum di.,* in partibus Lombardiæ et Romaniæ nuntio, mand. ut monast. s. Petri de Pado Cremonen., O. S. B., cum omnibus juribus et pertinentiis suis ad manus apost. recipiat

Datum *Avenione.*

attenta contumatia Thomasii, dicti monast. abb., qui ad Sed. Apost. pro certis excessibus a Petro ep.o Prenestino et ab ipso P. P. citatus diversis vicibus comparere recusavit. (*V.* 126, n. 14 *de cur.*)

26 jul. (VII kal. aug.) **6411.** — *Nobilibus Jacobo Campa de Gabriellibus, et Bosono Novelli, militibus Eugubin., offic. Senatoriæ pro P. P. in Urbe gerentibus.* Commissio eis facta ad unum annum de dicto officio senatoriæ usque ad proximum festum s. Joannis Bapt. cum consueto salario prorogatur. (*V.* 126, n. 13 *de cur.*; Theiner, *Cod. dipl.* II, p. 37.)

27 jul. (VI kal. aug.) **6412.** — *Priori s. Eligii Parisien., et archid. Briæ, ac cantori eccl. Parisien.*, mand. ut citent peremptorie Berengarium Cantulli, mag. ord. B. M. de Mercede Captivorum ut infra unius mensis spatium apost. conspectui se præsentet. (*V.* 126, n. 12 *de cur.*; Daumet, n. 474.)

29 aug. (IV kal. sept.) * **6413.** — *Ep.o Patavien.* mand. ut diligenter inquirat super eo quod in oppidis Pulkæ, et Fyntz, ac Nerimburch, Patavien. di., in ducatu Austriæ existentibus, quædam hostiæ cruore conspersæ (nescitur an sint vel non sint consecratæ) repertæ fuerunt ante domos judæorum, ex quo eorumdem judæorum magna strages et bonorum prædationes per clericos et alios sequutæ fuerunt; et si reperiat easdem hostias non esse consecratas et dictos judæos esse innocentes, ipsas hostias tollat de ecclesiis in quibus positæ fuerunt; attento quod exhibere laudes divinas hostiæ non consecratæ vergit in ludibrium et deceptionem fidelium; instante nob. Alberto, duce Austriæ. (*A.* 85, f. 118; *V.* 126, n. 49 *de cur.*; Raynaldi, an. 1338, n. XXI.)

12 (II id.) *sept.* **6414.** — Securus conductus pro ambaxiatoribus quos Ludovicus de Bavaria et principes ad quos regis Romanorum spectat electio ad P. P. cum opportuna familiarium comitiva destinare proponunt. (*A.* 85, f. 119; *V.* 126, n. 51 *de cur.*; Riezler, n. 1973.)

14 sept. (XVIII kal. oct.) **6415.** — *Archiep.is, ep.is, electis, abbatibus et aliis personis ecclesiast. religiosis et sæcularibus, etc., ad quos istæ litteræ pervenerint*, mand. ut singulis diebus IV flor. auri assignent et de securo conducto provideant mag. Arnaldo de Verdala, cap. domestico ac nuntio P. P. ad partes Alamanniæ destinato. (*A.* 85, f. 118 v°; *V.* 126, n. 50 *de cur.*; Riezler, n. 1977.)

19 sept. (XIII kal. oct.) * **6416.** — *Petro, Rothomagen., et Guillelmo, Senonen. archiep.is, ac Guillelmo, Bajocen., et Andreæ, Tornacen. ep.is*, mand. ut burgenses qui pecunias pro Passagio ultramarino Philippo, regi Franciæ, a Joanne XXII ex decimis provenientes concessas receperunt, compellant ad reddendam rationem. (*A.* 85, f. 119; *V.* 126, n. 52 *de cur.*; Daumet, n. 499.)

21 sept. (VIII kal. oct.) **6417.** — *Patriarchæ Aquilejen.*, mand. ut prævia informatione procedat contra Mastinum de La Scala qui diabolico spiritu instigatus Bartholomæum, ep.um Veronen., detestando facinore propriis manibus interemit. (*A.* 85, f. 120; *V.* 126, n. 53 *de cur.*)

Ut s. **6418.** — *Eidem patriarchæ*, mand. ut contra reservat. eccl. Veronen. per obit. præfati Bartholomæi ep.i vac. nihil attentare præsumat. (*A.* 85, f. 120 v°; *V.* 126, n. 54 *de cur.*)

2 (VI non.) *oct.* **6419.** — *Mathæo quond. Neapoleonis de filiis Ursi, et Petro quond. Agapiti de Columna*, domino Genazani, committitur senatoriæ, capitaneatus et syndicatus Urbis officium. (*A.* 52, f. 1 v° (rub.); *V.* 125, n. 1-16; Theiner, *Cod. dipl.*, II, p. 38.)

Ut s. **6420.** — *Eisdem Mathæo et Petro* tribuitur salarium 6,000 flor., de ipsius Urbis proventibus solvendorum. (*A.* 52, f. 1 v° (rub.); *V.* 125, n. 1-17)

Ut s. **6421.** — *Populus Urbis* hortatur ut dictos senatores, honorificentia debita prosequantur. (*A.* 52, f. 1 v° (rub.); *V.* 125, n. 1-15.)

Datum *Avenione.*

12 (IV id.) *oct.*

6422. — *Mag. Guigoni de Germano, P. P. not., Apost. Sed. nuntio,* mand. ut recepta corporali possessione civitatis, comitatus et districtus Bononien., ac meri et mixti imperii, et omnimodæ jurisdictionis cæterorumque jurium ad P. P. et R. E. pleno jure spectantium, auctoritate apost. concedat omnia postulata per syndicum dictæ civit., secundum dispositionem litterarum quæ infra (n. 6424) ponuntur. (*A.* 85, f. 136 ; *V.* 126, n. 67 *de cur.* ; Raynaldi, an. 1338, n. XXXI.)

Ut s.

6423. — *Eidem,* conceditur facultas recipiendi nomine P. P. et E. R. possessionem præfatam. (*A.* 85, f. 137 v°; *V.* 126, n. 68 *de cur.* ; Theiner, *Cod. dipl.* II, p. 51.)

13 (III id.) *oct.*

* **6424.** — *Ad perpet. rei. mem.* Describuntur processus facti contra Bononienses, et enumerantur promissiones ab ambaxiatoribus eorumdem factæ, cum ratificatione ipsarum, ac suspensione interdicti sub quo eorum civitas subjacebat, ex quo ipsius habitatores dudum Bertrandum, ep.um Ostien., tunc in Lombardiæ et nonnullis aliis Italiæ partibus Apost. Sed. legatum, in dicta civit. Bononien. cum sua curia residentem, dictæque civitatis, et comitatus, territorii, ac districtus, et pertinentiarum ipsius dominium et jurisdictionem plenariam ad R. E. pertinentia ab antiquo pro dicta eccl. possidentem, in castro ab eo constructo pro eadem R. E. infra civit. eamdem morantem, hostiliter obsederunt, et tamdiu tenuerunt obsessum, donec, circa officiales eccl. præfatæ atrocibus et nefandis crudelitatibus perpetratis, idem legatus de castro et civitate prædictis fuit exire compulsus. Inseruntur omnes promissiones prædictæ inter quas notatur solutio annui census 8,000 flor. (A. 85, f. 125 ; *V.* 126, n. 66 *de cur.* ; Theiner, *Cod. dipl.* II, p. 40 ; Raynaldi, an. 1338, n. XXX ; cf. n. 6472.)

14 (II id.) *oct.*

6425. — *Communis, universitas et populus civit. Bononien.* hortantur ut mag. Guigonem de Sancto Germano, nuntium ad ipsos per P. P. destinatum, benigne recipiant et circa adimplementum promissionum ab eorum ambaxiatoribus factarum plenæ obedientiæ et avidæ voluntatis efficaciam ostendant. (*A.* 85, f. 123 ; *V.* 126, n. 62 *de cur.*; cf. n. 6473.)

Ut s.

* **6426.** — *Guigoni de Sancto Germano,* nuntio, mand. ut factis recognitionibus, restitutionibus et ratificationibus per Bononienses faciendis, unum de tribus, qui in potestatem, et alterum de aliis tribus, qui in capitaneum, per eos juxta licentiam eis a Pontif. concessam fuerint nominati hac vice deputare procuret usque ad sex mensium spatium et ab eis fidelitatis juramentum recipiat. (*A.* 85, f. 123 v°; *V.* 126, n. 63 *de cur.*)

Ut s.

6427. — *Communi, universitati et populo Bononien.*, mand. ut eidem nuntio diebus singulis VIII flor. auri assignent pro expensis suis et familiarium suorum. (*A.* 85, f. 124 v°; *V.* 126, n. 64 *de cur.*)

Ut s.

6428. — *Rectori Romandiolæ,* mand. ut postquam per præfatum Guigonem de s. Germano potestas et capitaneus fuerint deputati, (cf. n. 6426), si ipsos ante finem sui regiminis cedere vel decedere contigerit, vel etiam quum per lapsum sex mensium eorum officia cessabunt, ad nominationem dictorum communis et populi, potestatem et capitaneum in civit. prædicta Auct. Apost., non sui ratione officii, usque ad quinquennium ponere studeat et etiam deputare. (*A.* 85, f. 124 v°; *V.* 126, n. 65 *de cur.*; cf. n. 6474)

31 oct. (II kal. nov.)

6429. — Securus conductus pro dicto *mag. Guigone de s. Germano.* (*A.* 85, f. 120 v°; *V.* 126, n. 55 *de cur.*)

4 (II non.) *nov.*

6430. — *Joanni, ep.o Anagnin., P. P. in Urbe vicario,* mand. ut receptis præsentibus capiat seu capi faciat et carceri mancipari ac sub cauta diligentia custodiri Athanasium, se facientem Verien. ep.um nominari, qui in Romanis partibus moram trahens errores dogmatizat, Armenos catholicos diversis persecutionibus affligit, et baptiza-

Datum *Avenione.*

tos secundum formam eccl. vocat renegatos, eosque per personarum captionem, incarcerationem, aliaque flagella retrahere nititur a devotione ejusd. Eccl. et ad pristinos errores revocare. (*A.* 85, f. 121; *V.* 126, n. 56 *de cur.*; Eubel, *Hierarchia*, p. 553.)

4 (II non.) *nov.* **6431**. — *Ep.o Paduan.*, mand. idem contra Petrum Armenum, qui se nominat archiep.um Jerosolymitan. et Nazareth, et in partibus Paduan. præmissa perpetrando moram trahit. (*A.* 85, f. 121; *V.* 126, n. 58 *de cur.*; Eubel, *Hierarch.*, p. 287.)

Ut s. **6432**. — *Ep.o Florentin.*, mand. idem contra Ezechielem, qui se dicit vicarium dicti Petri Armeni. (*A.* 85, f. 121; *V.* 126, n. 57 *de cur.*; Eubel, *Hierarchia*, p. 287.)

31 dec. (II kal. jan.) * **6433**. — *Priori Præd. de Limoso, et guardiano Min. Mirapiscen., ac Petro Piscis, civi Mirapiscen.*, inhibetur ne pro exsecutione testamenti Joannis Picis, can. Narbonen., altararii basil. Principis Apost. de Urbe, bona ipsius Joannis dare vel dispensare præsumant, donec indemnitati Cameræ apost. de bonis dicti Joannis fuerit satisfactum. (*A.* 52, f. 1 v°; *V.* 125, n. 1-18; Daumet, n. 545.)

4 (II non.) *jan. 1339.* **6434**. — *Wladislavien. et aliis ep.is regni Poloniæ*, mand. ut inhibitionem Joannis XXII ne ordinarii et delegati judices ac inquisitores hæreticæ pravitatis contra Apost. Sed. officiales vel nuntios quavis occasione procedere præsumant, inviolabiliter observent ac faciant observari favore mag. Galhardi de Carceribus, præp. Titulen., Colocen. di., P. P. et dictæ Sedis in Polonia et Hungaria nuntii, contra Nicolaum de Rancz, can. Wladislavien., nec non consules ac nonnullos cives et incolas civit. et di. Wladislavien., et Boleslaum ducem Bregen., qui non obstante inhibitione præfata dictum nuntium ad judicium trahere moliuntur, ipsum excommunicatum publice nuntiari faciendo. (*A.* 85, f. 121 v°; *V.* 126, n. 59 *de cur.*)

5 (non.) *jan. 1339.* **6435**. — *Canhardo de Sabalhano, sacristæ eccl. Convenarum, Marchiæ Anconitan. rectori*, mand. ut habitantes dictæ Marchiæ, tam nobiles quam alios, qui novitates excitant, auctoritate apost. compellat ad obedientiam. (*A.* 85, f. 122; *V.* 126, n. 60 *de cur.*)

Ut s. **6436**. — *Universis baronis, et aliis militibus, ac universitatibus civitatum et castrorum Marchiæ Anconitanæ*, mand. ut dicto rectori obedientiam præstent. (*A.* 85, f. 122; *V.* 126, n. 61 *de cur.*)

APPENDICES AD QUARTUM BULLARII BENEDICTI XII ANNUM

I

Instrumenta miscellanea quæ in capsula anni 1338 reperiuntur.

17 jan. 1338. **6437.** — Senatorum Urbis epistola relatoria ad Bened. XII, de statu Urbis, de obedientia Pontifici proposita a nobilibus, de restitutione pontium et turrium ac fortaliciorum facta, de his quæ restitui adhuc debent, de publicatione treugarum inter Ursinos, Columnenses, Sabellos et alios, de adventu Jacobi de Gabriellibus et Bosonis Novelli, militum de Eugubio, Urbis senatorum pro Pontifice. (*Perg. origin.* — Riezler, n. 1925.)

1 feb. **6438.** — Abbas Riccardus, filius nob. Philippi de Rogerio, de Salerno, constituit Paulum de Saxa, cap. eccl. s. Angeli Capuani, procuratorem et administratorem beneficiorum ipsius abbatis in provincia Capuana. (*Instr. perg.*)

21 feb. **6439.** — Expensæ (LX lib., 7 sol. coron.) calcis pro ædificiis P. P. in mense febr. (1338) a Bermunda Picarda recognitæ. (*Orig. perg. parv.*)

23 feb. **6440.** — Expensæ (LXI lib., 15 sol. coron.) calcis pro ædificiis P. P. in mense febr. (1338) a Rostagno Prophetæ recognitæ. (*Orig. perg. parv.*)

29 feb. **6441.** — Expensæ (LXX lib. cor.) calcis pro ædif. P. P. a Jacobo Bergonhonis recognitæ. (*Orig. perg. parv.*)

17 mart. **6442.** — Expensæ (LXII lib., 15 sol. cor.) calcis in mense martii pro ædificiis P. P. a Raimundo de Crisilione recognitæ. (*Orig. perg. parv.*)

18 mart. **6443.** — Appellatio ad P. P. in causa vertente inter notarios curiæ archiepiscopalis Narbonen., ex parte una, et capit. ac fabricam eccl. Narbonen., ex altera. (*Orig. perg.*)

19 mart. **6444.** — Locatio cujusdam « casamenti septuaginta unius cluxorum », siti Bononiæ extra *circlam* burgi s. Felicis, facta Joannino quondam Boni, a Joanna, domini Joannis de Novellis, nomine Ser Bonifatii quondam domini Lotorenghi de Scorlitis, de Bononia, viri sui. (*Instr. orig. perg.*)

Ut s. **6445.** — Locatio cujusdam « casamenti XVI cluxorum, » siti Bononiæ, facta ab eadem Joanna, Jacobo Spadario, cap. s. Nicolai burgi s. Felicis. (*Orig. perg.*)

22 mart. **6446.** — Locatio cujusdam « casamenti XVII cluxorum, » siti Bononiæ, extra « circlam » burgi s. Felicis facta a Joanna prædicta, Joanni Nanæ. (*Orig. perg.*)

27 mart. **6447.** — Recognitio facta a Rostagno Prophetæ de expensa (60 lib., 15 sol. coron.) calcis pro mense martii. (*Perg. parv.*)

30 mart. **6448.** — Guillelmi de s. Paulo, thesaur. Beneventani et collectoris fructuum benef. vacantium in regno Siciliæ citra Pharum, mandatum archiep.is, ep.is, etc., ut moneant detentores reddituum illorum de obligatione solvendi, juxta ordinationem P. P. cujus tenor inseritur, (VII id. aug. an. III°). (*Orig. perg. lacer.*)

2 apr. **6449.** — P. de Pignatario, vicarii generalis archiep.i Cusentini, relatio ad Geraldum de Valle, collectorem fructuum benef. vacantium in regno Siciliæ, de citatione abbatis Nicolai, dicti Malopera, de Accio, can. Cusentini, qui injuste perceperat fructus decanatus Cusentini per promotionem Guillelmi ad Anglonen. eccl. vacantis. (*Orig. chart. — Traces de cachet de cire rouge.*)

20 apr. **6450.** — Publicatio facta in Valentia litterarum Gasberti, Camerarii Apost., quibus prohibentur « hastiludia » in di. Valentin. et Dien. sub excom. pœna. (*Perg. lacer.*)

16 apr. **6451.** — Instrum. recognitionis expensæ calcis (52 lib., 15 solid. cor.) factæ a Rostagno Biscarelli in ædificiis P. P. pro mense aprilis. (*Orig. perg. parv.*)

23 apr. **6452.** — Aliud instrum. (50 l., 14 sol. cor.) factum a Bermunda Picarda. (*Orig. perg. parv.*)

26 apr. **6453.** — Aliud instr. (52 l., 15 sol. cor.) a Rostagno Prophetæ factum. (*Orig. perg. parv.*)

Datum *Avenione.* *30 apr.* (II kal. maii.) **6454.** — Bened. XII epistola ad *Bertrandum Senherii, sacristæ Lomberien.*, thesaur. Marchiæ Anconitanæ, ut collationes beneficiorum S. Ap. reservatorum a prælatis quibusdam factæ revocentur. (*Perg. orig.*)

A die 4 maii 1338 ad 30 jun. 1339. **6455.** — Instrumenta varia circa locationes jurium et bonorum S. R. E. in Beneventana civitate. (*Perg. rotulus.*)

9 maii. **6456.** — Guillelmi de s. Paulo, thesaur. Beneventani, collectoris in regno Siciliæ, littera archiep.is et ep.is, etc., ut Neapolitan., Beneventan., Capuan. archiep.os et Calamiten. ep.um, qui ejus mandatis non paruerunt, excommunicatos denuntient. (*Instr. perg. parv.*)

23 maii. **6457.** — Joannis, ep.i Avenionen., P. P. thesaur., mandatum Guillelmo Medici, can. Ilerden., Ap. Sed. nuncio, ut Raymundo de Nogareto dilationem usque ad prox. festum s. Joannis Baptistæ concedat pro solutione census castri de Viridifolio, Uticen. di. (*Orig. chart. parv.*)

28 maii. **6458.** — Emptio nonnullarum possessionum in territorio Montisfalconis facta nomine S. R. E. a Joanne Rigaldi, L. D., Spoletani ducatus thesaurario. (*Instr. orig. perg.*)

6 jun. **6459.** — Quietantia (in lingua italica scripta) Roberti de Perutiis, mercatoris societatis Perutiorum, de 200 fl. auri receptis a Guillelmo de s. Paulo, thesaur. Beneventano. (*Chart. orig. cum sigill. cer. rub.*)

22 jun. **6460.** — Instrum. venditionis cujusdam hospitii quod fuit Bernardi Tardivi, quond. can. Narbonen., factæ a curia regia procuratori Andreæ Fredoli, abbatis s. Aphrodisii Biterren. (*Instr. grand. perg. lacer.*)

24 jun. **6461.** — Quietantia Roberti de Perutiis, mercatoris societatis Perutiorum, de certa pecuniæ summa recepta a G. de s. Paulo, thesaur. Beneventano. (*Orig. chart. parv. cum sigil. rub.*)

Datum *Avenione.* *12* (IV id.) *jul.* **6462.** — Transcriptum litt. Bened. XII ad Bertrandum, patriarch. Aquilejen., super recuperatione comitatus Ceneten., juris R. E., ac super legatis relictis a quond. Riccardo de Camino, comite Ceneten. (*Perg.*)

3 aug. **6463.** — Francisci, ep.i Florentini, epistola ad Bened. XII, de citatione præsentata Accursio Bonfantino, ord. Min., olim inquisitori hær. prav. in Tuscia ad reddendam rationem de perceptis occasione Inquisitionis. (*Orig. perg. lacer.*)

7 aug. **6464.** — Præsentatio facta Joanni, ep.o Gratianopolitano, litterarum Gasberti, Arelaten. archiep.i, P. P. Camerarii, circa captionem mag. Raymundi de Valleaurea, can. Lingonen., Sed. Ap. olim notarii et nuntii in provinciis Lugdunen., Bisuntin., Viennen. et Tarentasien., Cameræ apost. debitoris. (*Orig. perg.*)

25 aug. **6465.** — Joannis Ogerii, decani Belnen., Eduen. di., exsecutoris apost., mandatum abb. monast. s. Vincentii Bisuntin., Girardo de Banaus, can. et « sexcallo » eccl. Bisuntin., suis commissariis, etc., ut excommunicatos denuntient capit. Bisuntin. et Joannem de Corcondray, qui dimittere noluit decanatum et scholastriam Bisuntin., ac canonicatum Colombi Monasterii, Bisuntin. di. (*Instr. orig. perg. lacer.*; cf. n. 6309, 6339.)

Aug. **6466.** — Ludovicus de Bavaria, Romanus imperator, mandat comiti Eberhardo de Nellemburg, advocato suo provinciali, ut, non obstantibus processibus et sententiis a Joanne XXII contra ipsum factis et latis, divina officia in partibus Constantien. et alibi faciat celebrare, sub pœna perditionis rerum et personarum. Datum in Frankenfurt, feria IV^a^ post [s.] Laurentii [festum], regni nostri anno XXIV°, Imperii vero XI°. Facta est hæc copia sub sigillo curiæ Constantien. (Text. theuton. et translatio latina.)

2 sept. **6467.** — Pensio 50 fl. auri super fructibus eccl. Lingonen. a Joanne ep.o Lingonen., quamdiu ipse vixerit, conceditur Berengario Coterelli, domino de Camonte, P. P. et S. R. E. Marescallo. (*Orig. perg. parv.*)

12 sept. **6468.** — Quietantia Roberti de Perutiis de certa pecuniæ quantitate recepta a Guill. de s. Paulo, thesaur. Beneventano. (*Orig. chart. parv.*)

Avenione. 16 sept. **6469.** — Indulgentia 40 dier. a nonnullis ep.is conceditur visitantibus eccl. s. Jacobi de Merarda Avenionen., certis anni designatis festivitatibus, et illis qui sequuti fuerint Corpus Christi vel Oleum sanctum, et qui in serotina pulsatione campanarum secundum modum curiæ Rom. genibus flexis sex *Ave Maria* dixerint, vel qui pro Hugone de Curtibus, præsentium impetratore et suis oraverint. (*Orig. perg. grande cum figuris depictis B. M. Virg., B. Jacobi et cujusdam sancti.*)

24 sept. **6470.** — Lapo Barsilonis, « pedagerius » Rupismauræ expedit sine solutione pedagii certam quantitatem frumenti et avenæ pro usu Marescalli P. P. et Arnaldi de Verdala. (*Orig. perg. parv.*)

2 oct. **6471.** — Jacobus Berengarii, operarius monast. Crassen., nuntius et collector decimæ sexennalis in regno Hungariæ, recognoscit quod dom. Ladislaus archiep.us Colocen. dum viveret debebat pro dicta decima 510 march. (*Instr. perg.*)

Datum *Avenione. 13* (III id.) *oct.* **6472.** — Bulla Bened. XII directa mag. Guigoni de s. Germano, Ap. Sed. nuntio. (*Perg. max.*; Theiner, *Cod. dipl.* II, p. 40-51; cf. supra, n. 6422, 6424.)

Datum *Avenione. 14* (II id.) *oct.* **6473.** — Bened. XII bulla *communi et populo Bononien.* directa ut gratiose et benigne recipiant Guigonem de s. Germano, nuntium Apost., et eidem credant in his quæ ipsis exponere curabit ex parte Papæ. (*Orig. perg. cum plumbo.* Cf. n. 6425.)

Ut s. **6474.** — Bened. XII bulla directa *rectori provinciæ Romandiolæ* qua ipsi committit facultatem eligendi vel designandi potestatem et capitaneum communis Bononien., si potestas vel capitaneus nunc ad sex menses electi ante lapsum hujus semestri decedunt vel cedunt, etc. (*Perg. orig. cum plumbo.* Cf. n. 6428.)

28 oct. **6475.** — Quittatio data a Thoma Calcaraveris, de Neapoli, Guill. de s. Paulo, thesaur. Beneventano, pro reparationibus factis in monast. s. Petri ad Aram de Neapoli. (*Orig. perg.*)

17 nov. **6476.** — Super rebus et bonis Bertrandi et Petri Alfanti de Insula, habetur exsecutio mandati Guillelmi de Pinu, judicis et vicarii Insulæ, pro salario Salamontis, servientis curiæ R. E. Marescalli. (*Instr. chart.*)

19 nov. **6477.** — Quittantia Rogerii de Vintrono, L. D., archid. de Conchis in eccl. Ruthenen., Campaniæ Maritimæque ac Beneventanæ civit. rectoris, de suo salario (300 fl. auri) a Guillelmo de s. Paulo, thesaur. Beneventano et collectore recepto. (*Orig. perg.*)

23 nov. **6478.** — Processus factus per Canhardum de Saballano, L. D., sacrist. Convenarum, Marchiæ Anconitan. rectorem, contra Andream Cambii, magistrum monetæ papalis quæ nunc cuditur in dicta Marchia, circa lucrum honestum vel injustum quod ipsi obvenit. (*Quat. chart.* 6 *fol.*)

25 nov. (VII kal. dec.) **6479.** — Gotii, patriarchæ Constantinopolitani, nuntii in regno Siciliæ diploma quo confert Bartholomæo Cathaldo, pr. de Aversa, eccl. s. Laurentii Capuani, auctoritate bullæ Bened. XII (n. 6383) cujus tenor hic inseritur. (*Orig. perg.*)

2 dec. **6480.** — Procurante Canhardo de Sabalhano, L. D., sacrista Convenarum, Marchiæ Anconitan. rectore, Andreas Cambii de Senis et Jacobus de Aretio, qui cuderunt monetam papalem in Marchia Anconitana, accusati de adulteratione dictæ monetæ, consentiunt probationi ejusd. monetæ et ac hoc obligant bona sua. (*Orig. perg.*)

5 dec. **6481.** — Juramentum fidelitatis S. R. E. præstitum in sua benedictione a Thomaxio, abbate monast. s. Christinæ, O. S. B., Mediolanen. di., per Rogerium, ep.um Placentin., receptum. (*Orig. perg.*)

10 dec. **6482.** — Helias, abbas Ebrolii, O. S. B., Claromonten. di., constituit Jordanum de Alphano et Hugonem de Alphano, domicellum, procuratores suos ad visitandum limina apost. (*Orig. perg.*)

18 dec. **6483.** — Ludovici de Bavaria epistola ad Bened. XII circa reconciliationem suam electorumque Imperii multum desiderabilem, ad quam putat procurandam mag. Arnaldum de Verdala, decanum eccl. s. Pauli de Fenolhedesio, P. P. cap. commensalem atque nuntium esse aptiorem. — Datum in oppido Nuremberg, XVIII die mensis dec. regni nostri XXV, imperii vero XI. (*Origin. cum vestig. sigilli cer. alb.*)

22 dec. **6484.** — Littera Nicolai, ep.i, præpos., et capit. Constantien. ad Bened. XII, ut concedat eis licentiam celebrandi divina officia saltem ad annum, non obstantibus sententiis et interdicto latis contra Ludovicum de Bavaria et adhærentes ei ac terras eorum; attento quod ipsi persecutiones multas et damna gravissima pati deberent nisi dicti Ludovici mandata servarent. — Datum Constantiæ, in crastinum B. Thomæ. (*Orig. perg.*; Riezler, n. 2004.)

1338. **6485.** — Quaternus IV fol. litterarum quatuor Joannis, ep.i Avenion., P. P. thesaur., ad mag. Guillelmum de s. Paulo, thesaur. Beneventan., continentium quatuor bullas Bened. XII, (IV non (?), VII id. aug., 4 non. et VII idus aug.)

1338. **6486.** — Fragmentum computorum collectoriæ Portugalen., Terraconen., etc. (*Chart.*)

1335-1338. **6487.** — Quaternus litt. Bened. XII rectoriam ducatus Benevent. et thesaur. ejusd. attingentium ab anno I ad IV. (16 fol. *Chart.*)

1338. **6488.** — Quaternus XVIII fol. continens computum lingua occitanica scriptum cujusdam prioratus, anno 1338. (*Chart.*)

Tempore generalis capit. Cist. 1338. **6489.** — Joannis, abb. Cistercii, et omnium abbatum Ord. Cistercien. in capitulo gen. epistola participationis et communionis, etc., favore Berengarii de Camonte, Marescalli P. P. (*Orig. perg. parv.*)

Sine data. **6490**. — Oratores regis [Bavariæ] Pontificem [Bened. XII] supplicant ut ad informandum dictum regem circa veritatem processuum in curia Rom. contra ipsum factorum eis concedat terminum sex mensibus longiorem.

II

Instrumenta archivii Castri Sancti Angeli anni 1338, prout in inventario jacent [1].

20 feb. **6491**. — Actus consistorialis quo commune, universitas et homines Albinganen. absolvuntur a censuris quas incurrerant favorem præstando Vicecomitibus. (*Arm. XV*, caps. XI, n. 7, p. 80.)

31 mart. [v] **6492**. — Autog. mandatum quo Petrus II, Siciliæ rex, ad impetrandam a Bened. XII investituram regni Trinacriæ et insularum adjacentium, deputat Nicolaum de Lauria et Andream de Messina. — *Orig. cum sigillo magno.* (*Arm. XIV*, caps. IX, n. 6; Raynaldi, an. 1338, n. XXXIII.)

9 apr. **6493**. — Bulla in Cæna Domini. (*A. A. Instr.*)

10 apr. **6494**. — Panormitani procuratores quosdam constituunt ad petendum a Bened. XII et collegio Cardinalium confirmationem investituræ regni Trinacriæ pro Petro rege. (*A. A. Instr.*)

5 maii. **6495**. — Similis deputatio Messanensium. (*A. A. Instr.*)

29 maii. [v] **6496**. — Instrum. authent. membr. quo Bononienses constituunt procuratores ad petendum absolutionem ab excessibus commissis contra Bertrandum, Ostien. ep.um, Apost. Sed. legatum; necnon ad recognoscendum dominium Eccl. Rom. et ad juram. fidelitatis præstandum. Rolandus de Fantuccis a magno consilio eligitur. — *Sigil. magn.* (*Arm. XV*, caps. IV, n. 1; Riezler, n. 1951.)

4 aug. **6497**. — Instrum. absolutionis communis et universitatis Paduan., nec non remotionis interdicti in ipsam civitatem lati ob auxilium præstitum marchionibus Esten., tyrannis Ferrarien., aliisque inimicis Ecclesiæ. (*Arm. XV*, caps. XI, n. 7, p. 91.)

31 aug. **6498**. — Paduani constituunt procuratores ad promittendum obedientiam Bened. XII et Sedi Apost. super commissis. (*A. A. Instr.*)

Sept. **6499**. — Consulum et civium Cracovien. epistola ad Bened. XII pro dilatione solutionis eorum debiti erga Cameram Apost. — Item pro petenda indulgentia capellæ in cœmeterio s. Mariæ ædificatæ a Nicolao Werhugi Cracovien. (*A. A. Instr.*; Theiner, *Monum. Pol.*, I, p. 414.)

8 sept. **6500**. — Cessio facta a Casimiro rege Poloniæ favore Cameræ Apostolicæ de credito 15,000 march. arg. adversus fratres Theutonicos Prussiæ. (*A. A. Instr.*; Theiner, *Monum. Pol.*, I, p. 415.)

1. Vide t. I, p. 217, not. 1.

23 sept. **6501.** — Juramentum fidelitatis præstitum S. R. E. a fratre Henrico, archiep.o Salisburgen. (*Arm. XV*, caps. XI, n. 7, p. 98 v°.)

3 oct. **6502.** — Littera Bened. XII ad Gotium cardinalem, et ep.um Vasionen., legatos apost. in Sicilia, ut Petrum, Friderici Trinacriæ regis filium primogenitum, excommunicent, dictumque regnum cum insulis adjacentibus ad S. R E. devolutum declarent. (*Arm. XIV*, caps. IX, n. 7.)

12 oct. **6503.** — Instrum. super reconciliatione Bononiensium. (*Arm. XV*, caps. IV, n. 56, p. 1 et seq.; Raynaldi, an. 1338, n. XXX, XXXI.)

13 oct. **6504.** — Bulla ad Guigonem de s. Germano, nuntium, directa circa absolutionem Bononiensium rebellium S. R. E., in qua dicitur quod ipsi promiserunt obedientiam Sanctæ Sedi et solutionem annui census 8,000 flor. auri. (*A. A. Instr.*; cf. n. 6424.)

14 oct. **6505.** — Bened. XII littera qua nuntium mittit Bononiensibus pro eorum reconciliatione. (*Arm. XV*, caps. IV, n. 3; cf. n. 6425.)

Ut s. **6506.** — Bened. XII bulla ad rectorem provinciæ Romandiolæ de recipiendo juramento fidelitatis a Bononiensibus ac de electione capitanei et potestatis eorum. (*A. A. Instr.*; cf. n. 6428.)

31 oct. **6507.** — Bened. XII epistola ad Joannem de Amelio, cler. Cameræ, ut transcribi faciat privilegia et diplomata S. R. E. quæ adservantur in archivio et thesauro ejusdem R. E. in sacristia fratrum minorum Assissin. (*Arm. XIII*, caps. 2, n. 2; Theiner, *Cod. dipl.*, II, p. 52.)

10 dec. **6508.** — Rogerius de Vintrono, Campaniæ Maritimæque ac Beneventi rector confitetur se recepisse stipendia sua a thesaur. Beneventano. (*A. A. Instr.*)

30 dec. 1338 et jan. 1339. v **6509.** — Instrum. membr. authent. actorum a Guidone de s. Germano, nuntio a Bened. XII Bononiam misso ad publicanda concordata cum Sede Apost. et oratoribus hujus civitatis, circa reconciliationem ejusdem. Populus Bononien. et Thadæus de Pepulis, rector perpetuus dictæ civitatis non permiserunt publicationem litterarum Bened. XII, nisi reformarentur in eisdem quidam capituli : videlicet ille in quo præcipitur ut si omnes ordinationes in dictis litteris contentæ non observarentur, quod Bononienses reinciderent in censuris; præterea quod banniti reciperentur in civitate. Dicunt enim Bononienses quod dicti banniti multa mala facient civibus si revertantur, etc. (*Arm. XV*, c. IV, n. 3.)

III

Documenta quæ in Regesto Avenionensi LII, seu Benedicti XII anni quarti pervagantur.

An. 1345. **6510.** — Quaternus decem foliorum quinque litteras continens fere obliteratas, quæ absque dubio regesto anni quarti Clementis P. P. VI restitui debent. (*A.* 52, a f. 250 ad f. 259.)

11 aug. 1336. **6511.** — Attestationes testium productorum in causa per Sed. Ap. Guillelmo Lombardi, can. Mirapiscen., L. D., commissa contra Laurentium Burbatii, cler. Floren-

tin., super quibusdam homicidiis in civit. et territorio Avenionen. perpetratis, ex quibus testibus plures sunt notarii curiæ regiæ Avenionen. Hujus processus principium invenies in reg. Avenion. LI, a fol. 373 ad fol. 596 (vide supra, n. 5250); finem autem habebis in reg. Aven. CXIV, a fol. 16 ad fol. 32. (*A.* 52, a f. 260 ad f. 295; De Loye, *Les Archives de la Chambre apost.*, p. 201.)

1 maii 1337-31 oct. 1337.

6512. — Processus factus per Guillelmum Lombardi, L. D., can. Mirapiscen., officialem Avenion., inquisitorem generalem fidei in Rom. Cur. per Sed Ap. deputatum contra fratrem Raimundum Amelii, mon. monast. s. Polycarpi, di. Narbonen., descendentem ab utroque parente de genere hæreticorum, cujus avus paternus vocatus Bord de Fontainas fuit exhumatus, et ossa ejus ex sententia inquisitoris Carcassonen. combusta fuerunt per curiam sæcul. de Limoso. Isarna vero, uxor dicti Bordi condemnata fuit ad portandum duplices cruces perpetuo. Raimundus Sicre, de Cavanaco, frater Sclarmondæ, matris Raimundi prædicti, condemnatus fuit ad peragendum pœnitentiam infra muros Carcassonæ ubi adhuc est, et ejus bona propterea fuerunt confiscata. Ipse quidem frater Raimundus in civit. Limosi, Avenione, et in s. Polycarpo, ac in aliis locis inter bonos et graves quamplurimum diffamatus erat super sequentibus articulis, scilicet. — I° Quod regularem habitum dicti monast. sine licentia apostatando dimisit, et alium multum diversum assumpsit, et novam regulam sibi ordinavit, et tenuit; — II° Quod per octo annos et ultra sectam Beguinorum, tamquam hæreticalem reprobatam tenuit, et Beguinos ac Beguinas de nocte latenter receptavit eis victualia ministrando; — III° Quod dixit pluries sectam Beguinorum esse sanctam et magis Deo placentem et sanctis, (et specialiter quia evitabant proprium habere, et ducere scutiferos et tenere equos), quam secta quam tenebant Papa et alii prælati. Determinatio autem facta per P. P. non erat vera; imo contraria opinio erat sancta et magis placens Deo; — IV° Quod quadam die existens in eccl. B. M. de Domis, et videns duos cardinales dixit palam et publice ista verba : « Videtis vos istos cardinales; status istorum et aliorum cardinalium est status imperfectionis et damnationis, pro eo quia vitam suam ducunt in pompis et vitam sanctam et evangelicam Beguinorum reprobant et prosequuntur; » adjiciendo quod vita eorum non erat vita salvationis sed damnationis æternæ. — Sequuntur citationes et depositiones testium, necnon cedulæ defensiones et exceptiones multas accusati continentes. Die 28 septembris 1338, Raimundus Amelii per purgationem canonicam objecta totaliter negavit. Hujus processus seriem, neglectis tamen testium depositionibus, edidit Ill^mus^ et rev^mus^ Douais in opusculo suo : *La procédure Inquisitoriale en Languedoc au* XIVe *siècle, d'après un procès inédit de l'année 1337*, (1900), pp. 31-89. (*A.* 52, a f. 328 ad f. 442.)

19 sept. 1339.

7 (non.) *maii.*; Gr. — **7325.** — *Raimundo, s. M. Novæ diac. card.*, indulg. ut eccl., monast. et alia loca in archidiacon. suo Agennen. consistentia, eorumque personas, ad sexennium per alium visitare et procurationes XXX tur. arg. qualibet die in pecunia numerata recipere valeat. — In e. m. præp. Avenionen., et archid. Gamagen. Vasaten., ac officiali Agennen. (*A.* 53, f. 71 v°; *V.* 127, n. 99.)

9 (VII id.) *maii.* T. X. — **7326.** — *Antonio, electo Lunen.*, datur facultas recipiendi diaconat. et presbyterat. ord. a quocumque maluerit antistite. (*A.* 53, f. 178; *V.* 127, n. 357.)

10 (VI id.) *maii.* T. X. — **7327.** — *Nicolao, ep.o Assisinaten.*, mand. ut ad eccl. suam accedat. (*A.* 91, f. 415; *V.* 127, n. 417.)

Ut s. — **7328.** — *Petro, S. R. E. pr. card., olim archiep.o Rothomagen.*, indulgetur ut eccl. et monast. archidiac. Bruxellen., quem in eccl. Cameracen. obtinet possit per personam idoneam visitare, etc. — In e. m. ep.o Noviomen., et decano Brivaten., S. Flori di., ac scholast. Constantien. (*V.* 127, n. 408.)

11 (V id.) *maii.* Gr. pro card. — **7329.** — *Eid. card.*, conceditur ut eccl. et monast. archidiac. Ganden. in eccl. Tornacen., quem possidet, possit per personam idoneam visitare. — In e. m. judicibus, ut s. (*A.* 91, f. 438; *V.* 127, n. 464.)

Ut s. — T. X. — **7330.** — *Nob. infanti Fernando de Majoricis*, baroniæ Montis Pessulani, Magalonen. di., dom., indulgetur ut quilibet sacerdos ipsi ministrare valeat Eucharistiæ sacramentum. (*A.* 53, f. 52; *V.* 127, n. 52.)

Ut s. — T. XL. — **7331.** — *Ep.o Magalonen.*, mand. ut dicto Fernando de Majoricis licentiam concedat fundandi monast. sororum ord. s. Claræ in domibus suis sitis in territorio Montispessulani, assignata eis dote D lib. tur.; ita quod ipse infans et successores ejus habeant præsentationem decem mulierum in eodem monast. recipiendarum. (*A.* 53, f. 55; *V.* 127, n. 63; Eubel, *Bull. Francisc.* VI, n. 109.)

Ut s. — T. CX. — **7332.** — Prædicto *infanti Fernando de Majoricis*, indulgetur ut cum L viris sæcularibus vel regularibus, etiamsi præcedant, vel sequantur, Sepulchrum Dominicum et alia oratoria Terræ Sanctæ visitare valeat. (*A.* 53, f. 55; *V.* 127, n. 61.)

Datum *Avenione*.

14 (II id.) *maii*. Gr. pro card.

7333. — Cum *Petro, tit. ss. Nerei et Achillei pr. card.*, dispens. ut una cum titulo prædicto alia benef. retinere possit. (*A*. 91, f. 564; *V*. 127, n. 675.)

31 maii. (II kal. jun.) T. XX.

7334. — *Archiep.o Bisuntin.*, mand. ut nob. Guillelmo de Vienna, mil., dom. castri de s. Georgio, Bisuntin. di., licentiam concedat fundandi locum in dicto castro pro fratr. ord. Eremit. S. A., juxta votum ab ipso emissum et jurejurando firmatum; attento quod dicti fratres locum aliquem prope dictum castrum non habent ad XXV leucas. (*A*. 53, f. 80; *V*. 127, n. 202.)

3 (III non.) *jun*.

7335. — *Mag. Joanni de Amelio*, archid. Forojulien., cler. Cameræ, et Apost. Sedis nuntio in partibus Italiæ Rom. Eccl. subjectis, conced. ut antequam dies illucescat, quamdiu in exsecutione negotii reformationis in terris prædictis fuerit, missam celebrare valeat vel facere celebrari. (*V*. 134, f. 54 v°; n. 200.)

5 (non.) *jun.*; Gr.

7336. — *Petro, ss. Nerei et Achillei pr. card.*, indulgetur ut eccl., monast., et alia loca archidiac. sui Vallispirii in eccl. Elnen. eorumque personas ad sexennium per alium visitare et procurationes XXX tur. arg. die qualibet in pecunia numerata recipere valeat. — In e. m. abb. monast. Grassen., Carcassonen. di., et præp. Vauren., ac scholast. Constantien. (*A*. 53, f. 79; *V*. 127, n. 200.)

10-11 (IV vel III id.) *jun*. T. X.

7337. — Prorogatio usque ad prox. festum Assumptionis B. M. concessionis *Berengario Cancul, mag. generali ord. S. M. de Mercede Captivorum*, ad Rom. curiam evocato, dudum per P. P. factæ, scilicet quod posset a curia præfata recedere, et usque ad festum b. Petri lectioni sententiarum Parisiis immorari. (*A*. 53, f. 93 v°; *V*. 127, n. 231.)

12 (II id.) *jun.*; Gr.

7338. — *Gotio, s. Priscæ pr. card.*, indulg. ut ecclesias, monast., et alia loca ecclesiast. in archidiac. suo majori Barchinonen. consistentia eorumque personas ad sexennium per alium visitare valeat, et procurationes XXV tur. arg. die qualibet in pecunia numerata recipere. — In e. m. ep.o Mutinen., et mag. Guigoni de s. Germano, præp. Anicien., P. P. not., ac archid. s. Mariæ de Mari Barchinon. (*A*. 53, f. 108; *V*. 127, n. 254.)

Ut s.

7339. — Simile indult. pro *eodem card.*, quoad archidiac. suum de Bervesca in eccl. Burgen. — In e. m. eisd. ep.o et præp., ac decano Burgen. (*A*. 53, f. 108 v°; *V*. 127, n. 255.)

Ut s. — Gr.

7340. — *Eidem card.*, simile indult. pro archidiac. Confluentis in eccl. Elnen. — In e. m. eisdem ep.o et præp., ac abb. s. Michaelis de Cuxano, Elnen. di. (*A*. 53, f. 90 v°; *V*. 127, n. 222.)

Ut s. — Gr.

7341. — Indult. simile *Petro, s. s. Nerei et Achillei pr. card.*, pro archidiac. suo Vulgasini Normanni in eccl. Rothomagen. — In e. m. ep.o Noviomen., et decano Brivaten., s. Flori di., ac scholast. Constantien. (*A*. 53, f. 186 v°; *V*. 127, n. 370.)

18 jun. (XIV kal. jul.) T. X.

7342. — *Pontio de Belloforti*, rectori paroch. eccl. de Volvena, Caturcen. di., conceditur ut per unum annum possit legere jura civilia. (*A*. 91, f. 586; *V*. 127, n. 809.)

22 jun. (X kal. jul.) T. X.

7343. — *Thomæ, abb. monast. s. Clementis in Piscaria, ad R. E. nullo med. pertin., O. S. B., Theatin. di.*, mand. ut ad dictum monast. accedat. (*A*. 91, f. 470 v°; *V*. 127, n. 523.)

27 jun. (V kal. jul.) T. XX.

7344. — *Francisco, ep.o Florentin.*, datur licentia « excambiandi duo stariola terræ » ad mensam sui episcopatus pertin. in pecunia vel aliis possessionibus, cum Aldrebando ejusque fratribus, civibus Florentin., qui in dicta terra, scilicet s. Cassiani, Florentin. districtus, ad utilitatem laboratorum quoddam molendinum construere volunt et ad id non possunt decursum aquarum habere nisi per dictam possessionem episcopatus positam juxta flumen Pesæ. Dictæ permutationis utilitas a Joanne, abb.

Datum *Avenione.*

monast. s. M. Florentin., qui processus, auctoritate apost. fultus, in his partibus fecit testificatur. Stariolum autem 50 libras dicitur valere. (*A.* 91, f. 450 ; *V.* 127, n. 486; cf. n. 6352.)

30 jun. (II kal. jul.) T. X.

7345. — Datur littera salvi conductus *Henrico de Tremonia,* mil., nuntio Walrami, archiep.i Colonien., ad Apost. Sedem venienti. (*A.* 91, f. 447 ; *V.* 127, n. 480 ; Riezler, n. 2046.)

4 (IV non.) *jul.* T. X. X.

7346. — *Isabelli, uxori Petri, nati Ludovici, ducis Borbonesii, militis,* conceditur ut possit in locis interdictis facere celebrari. — *Eidem* conced. altare portatile. (*A.* 91, f. 463 v° ; *V.* 127, n. 506, 508.)

Ut s. — T. X, X.

7347. — *Petro prædicto,* conceditur altare portatile ; — et ut antequam illucescat dies possit facere celebrari. (*A.* 91, f. 463 v°, 464 ; *V.* 127, n. 507, 509.)

6 (II non.) *jul.* T. X.

7348. — *Petro prædicto,* conceditur ut in locis possit interdictis facere celebrari. (*A.* 91, f. 463 v° ; *V.* 127, n. 505.)

10 (VI id.) *jul.* T. X.

7349. — *Jacobo de Sabaudia,* dom. civit. Taurinen., et *Sibiliæ, ejus uxori,* indulgetur ut divina officia et missam possint ante diem facere celebrari. (*A.* 91, f. 473 ; *V.* 127, n. 527.)

16 jul. (XVII kal. aug.) T. XII.

7350. — *Ministro provinciali ord. Min. in Provincia Terræ Laboris,* conced. ad quinquennium facultas addendi duobus confessoribus abbatissæ et monialium monast. Corporis Christi Neapolitan., ord. s. Claræ, per Sanciam, reginam Siciliæ, fundati, duos alios confessores si necesse fuerit, non obst. quod in fundatione aliter sit ordinatum. (*A.* 53, f. 113 v° ; *V.* 127, n. 263 ; Eubel, *Bull. Franc.* VI, n. 113.)

25 jul. (VIII kal. aug.) T. XII.

7351. — *Ep.o Mantuan.,* mand. ut nob. Philippo de Gonzaga, civi Mantuan., concedat licentiam mutandi ruralem eccl. de Septem Fratribus, sitam in terra Pomponeschi, Cremonen. di., loco utique inhonesto, et propter guerram destructam, illamque construendi et dotandi in alio loco congruo. (*A.* 53, f. 111 ; *V.* 127, n. 259.)

11 (III id.) *aug.* T. XII.

7352. — *Ægidio de Madelbertis, de Cremona,* can. Lausanen., decr. doct., conceditur ut residentiam quam de beneplacito Sed. Apost. in eccl. Aquen., in qua præpositus existit, fecit et facere eum continget, perinde habeatur et ei valeat quoad perceptionem fructuum præbendæ suæ eccl. Lausanen., ac si resedisset in Rom. curia juxta indultum ipsi desuper ad triennium concessum. (*A.* 53, f. 131 ; *V.* 127, n. 289.)

21 aug. (XII kal. sept.) Gr. pro card.

7353. — *Bernardo, tit. s. Cyriaci in Thermis pr. card.,* conced. ut una cum prædicto titulo valeat quæcumque benef. retinere. (*A.* 91, f. 507 ; *V.* 127, n. 594.)

23 aug. (X kal. sept.) Gr. pro card.

7354. — *Eidem. card.,* indulgetur ut possit celebrare ante diem ; — ut clerici sui domestici possint in absentia fructus benef. suorum percipere ; — ut prædictos fructus ipsis clericis per se vel alium faciat ministrari. (*A.* 91, f. 493 ; *V.* 127, n. 563, 564, 565.)

31 aug. (II kal. sept.) T. X.

7355. — *Nankero, ep.o Wratislavien.,* conceditur ut antequam illucescat dies valeat celebrare. (*A.* 91, f. 494 ; *V.* 127, n. 566 ; Theiner, *Mon. Pol.* I, p. 428.)

1 (kal.) *sept.* T. X.

7356. — *Ferdinando Infanti, marchioni Dertusen.,* nato Alfonsi regis Aragonum, conceditur ut possit in locis interdictis facere celebrari. (*A.* 91, f. 507 v° ; *V.* 127, n. 595.)

Ut s. — T. X.

7357. — *Joanni Infanti, nato dicti regis Aragonum,* conceditur idem. (*A.* 91, f. 507 v° ; *V.* 127, n. 596.)

2 (IV non.) *sept.* T. X.

7358. — *Ep.o Wintonien.,* mand. ut Joannem de s. Paulo, pr., rectorem paroch. de Suetone, Saresbirien. di., ex legitimo matrim. fuisse procreatum apost. auct. declaret. (*A.* 91, f. 497 ; *V.* 127, n. 572 ; Bliss, II, p. 546.)

Datum *Avenione.*

5 (non.) *sept.* T. XVIII. — **7359.** — Prorogatur usque ad prox. festum s. Andreæ apost. terminus (usque ad festum s. Michaelis jam prorogatus), quo Petrus, Aragonum, ac Sardiniæ et Corsicæ rex, juramentum fidelitatis, vassallagii et homagii ligii præstare et facere tenetur pro regnis Sardiniæ et Corsicæ. (*A.* 91, f. 502 v°; *V.* 127, n. 582.)

8 (VI id.) *sept.* T. XVI. — **7360.** — *Bertrando de s. Maximo*, præceptori domus Hospitalis s. Joannis Hierosolymitani Podii Moyssoni, Regen. di., conceditur ut possit Sepulchrum Dominicum visitare. (*A.* 91, f. 497; *V.* 127, n. 573.)

12 (II id.) *sept.* — **7361.** — *Petro, s. Clementis pr. card.*, conceditur ut quamdam domum ad opus scholarium Parisiis fundare valeat in terra abb. et conv. s. Germani de Pratis prope Parisios. (*V.* 127, n. 590.)

Ut s. — **7362.** — *Abbas et conv. monast. s. Germani de Pratis, O. S. B., prope Parisios* hortantur ut acquisitioni prædictæ ab eodem card. factæ seu faciendæ plenum præstent assensum. (*A.* 91, f. 505 (frag.); *V.* 127, n. 591.)

13 (id.) *sept.* T. XII. — **7363.** — *Abb. et conv. monast. de Benifazano, Cist. ord., Dertusen. di.*, conced. facultas mutandi capellam s. Luciæ in civit. Dertusen., in loco minus idoneo et prope Sarracenos sitam, et ad ipsum monast. spect., et transferendi eam in domo eorum in dicta civitate, ac eamdem domum sub vocabulo s. Luciæ fundandi et construendi. (*A.* 91, f. 517 v°; *V.* 127, n. 610.)

Ut s. — T. X. — **7364.** — *Geraldo de Rocabertino, præp. eccl. Terraconen.*, O. S. A., conceditur ut possit Apost. limina visitare. (*A.* 91, f. 520; *V.* 127, n. 617.)

Ut s. — **7365.** — *Bernardo, s. Cyriaci in Thermis pr. card.*, conceditur ut eccl. et monast. archidiac. sui Xanctonen. possit per personam idoneam visitare ad sexennium, etc. — In e. m. abb. monast. s. Maxentii, Pictavien. di., et decano Engolismen., ac præp. Avenionen. (*V.* 127, n. 613.)

30 sept. (II kal. oct.) T. L. — **7366.** — *Joanni, ep.o Gratianopolitano*, ejusque successoribus, datur facultas impartiendi personis idoneis licentiam docendi in studio generali, ad supplicationem Humberti, dalphini Viennen., in civit. Gratianopolitana per P. P. erecto. (*A.* 53, f. 269 v°; *V.* 127, n. 786; cf. n. 7438; *Bull. Rom.* III, II, p. 286.)

7 (non.) *oct.* — **7367.** — *Ep.o Imolen.*, mand. ut cum Rizardo Francisci, de Manfredis, cive Faventin., ac Joanne et Guillelmo, filiis ejus naturalibus, dispenset ut ipsi filii possint succedere dicto Rizardo. (*V.* 127, n. 817.)

Ut s. — T. X. — **7368.** — *Ep.o Placentin.*, mand. ut Thomasio, abb. monast. s. Christinæ, O. S. B., Mediolanen. di., a Bertrando, Ostien. et Velletren. ep.o, Sedis Apost. legato, tempore Joannis XXII promoto, munus benedictionis impendat. (*A.* 53, f. 168; *V.* 127, n. 399 *bis.*)

11 (V id.) *oct.* T. X. — **7369.** — *Arnaldus Guillelmi de Albiaco, mon. monast. Moisiacen., Clun. ord., Caturcen. di., administrator in temporalibus monast. Farfen., ad Rom. Eccl. nullo medio pert., O. S. B., Sabinen. di., auct. apost. deputatus*, percipere valet unum flor. auri cum dimidio de bonis dicti monast. Farfen., die qualibet, quamdiu negotiis hujusmodi administrationis institerit. (*A.* 53, f. 162; *V.* 127, n. 340.)

15 (id.) *oct.* T. XII. — **7370.** — *Antonio, electo Lunen.*, datur facultas recipiendi munus consecrat. a quocumque maluerit antistite. (*A.* 53, f. 218; *V.* 127, n. 706.)

26 oct. (VII kal. nov.) T. XX. — **7371.** — *Joannæ, reginæ Franciæ et Navarræ*, conceditur ut confessor suus vel ejus socius, dummodo quadragenarius existat, possit eidem absolutionis benef. impartiri, ac ministrare eccl. sacramenta. (*A.* 91, f. 540; *V.* 127, n. 629.)

28 oct. (IV kal. nov.) T. X. — **7372.** — *Roberto, regi Siciliæ*, conced. ut possit intrare in monasteriis religiosarum sui regni. (*A.* 91, f. 554; *V.* 127, n. 650; Eubel, *Bull. Francisc.* VI, n. 116.)

Datum *Avenione.*

28 oct. (v kal. nov.) T. XII. — **7373.** — *Sanciæ, reginæ Siciliæ,* conced. ut dum infirmitatibus prægravatur possit morari infra clausuram monast. sororum s. Crucis Neapolitan., ord. s. Claræ, donec se sentiat liberatam. (*A.* 91, f. 560 v°; *V.* 127, n. 656; Eubel, *op. cit.*, n. 117.)

12 (II id.) *nov.* T. XVI. — **7374.** — *Mariæ, reginæ Aragoniæ,* indulgetur ut proponens in ejus præsentia verbum Dei, omnibus ibidem præsentibus LX dier. indulgentiam concedere valeat. (*A.* 53, f. 228 v°; *V.* 127, n. 724.)

Ut s. — T. X. — **7375.** — *Eidem,* conceditur altare portatile. (*A.* 53, f. 228 v°; *V.* 127, n. 725.)

14 nov. (XVIII kal. dec.) T. X, XIV. — **7376.** — *Jacobo, comiti Urgellen.,* indulg. ut confessorem eligere possit, qui eum in omnibus casibus, præterquam Sedi Apost. reservatis, absolvere valeat. — *Eidem* indulg. ut ipsius confessor possit ei licentiam impartiri edendi secrete carnes in quadragesima et aliis anni jejuniis « propter passionem colicam. » (*A.* 53, f. 268 v°; *V.* 127, n. 783, 784.)

16 nov. (XVI kal. dec.) T. X, X, X. — **7377.** — *Petro, regi Aragonum,* conced. ut proponens in sua præsentia verbum Dei possit indulg. elargiri c dierum. — *Eid.* ut possit auct. apost. eligere confessorem; — ut antequam illucescat dies possit facere celebrari. (*A.* 91, f. 562 v°; *V.* 127, n. 668, 669, 670.)

Ut s. — T. X. — **7378.** — *Infanti Petro, Ripacurtiæ et Impuriarum comiti,* conced. ut antequam dies illucescat possit facere celebrari. — *Joannæ, dicti Infantis uxori,* conced. ut possit habere altare portatile. (*A.* 91, f. 563; *V.* 127, n. 671, 672.)

20 nov. (XII kal. dec.) T. XX. — **7379.** — *Manueli, archiep.o Montisregalis,* datur licentia recedendi. (*A.* 91, f. 389 v°; *V.* 127, n. 831.)

Ut s. — T. XX. — **7380.** — *Eidem* assignatur palleum. (*A.* 54, f. 121 v°; *V.* 128, n. 817.)

21 nov. (XI kal. dec.) T. XII. — **7381.** — *Bernardo, vicecomiti de Capraria,* conced. ut summam 2,000 lib., vel 1,500 lib. usualis monetæ a quondam Geraldo, prædecessore suo, sui comitatus pauperibus erogandam, legatam, possit absque cognitione ep.i et prioris Prædicatorum Gerunden. ipsis pauperibus erogare. (*A.* 91, f. 574; *V.* 127, n. 686.)

Ut s. — T. X. — **7382.** — *Eidem vicecomiti,* conceditur ut illud ad quod obligatus existit pro servitiis ab ipso receptis (tam in comestionibus, quam in aliis) a nonnullis clericis jam defunctis, possit in pios usus erogare. (*A.* 91, f. 574; *V.* 127, n. 687.)

Ut s. — T. X. — **7383.** — *Eidem* ut possit habere altare portatile. (*A.* 91, f. 574; *V.* 127, n. 688.)

7 (VII id.) *dec.* T. X. — **7384.** — Testimoniales consecrat. *Nicolai de Grelis, ep.i Catanien.* (*A.* 53, f. 236 v°; *V.* 127, n. 737.)

13 (id.) *dec.* T. X. — **7385.** — *Bartholomæo, ep.o Regin.,* mand. ut ad eccl. suam se conferat. (*A.* 91, f. 565; *V.* 127, n. 696.)

15 dec. (XVIII kal. jan.) T. XX. — **7386.** — *Petro, Sardiniæ et Corsicæ regi,* prorogatur terminus solutionis annui census 2,000 march. arg., Cameræ apost., usque ad festum Dominicæ Resurrectionis venturum. (*A.* 91, f. 566; *V.* 127, n. 699.)

16 dec. (XVII kal. jan.) T. X, X. — **7387.** — *Mag. Guigoni de s. Germano, præp. eccl. Anicien., P. P. not.,* conceditur altare portatile. — *Eidem* indult. celebrandi et celebrari faciendi missam antequam illucescat dies. (*A.* 53, f. 259; *V.* 127, n. 766, 767.)

Ut s. — **7388.** — *Eidem* indult. celebrandi et celebrari faciendi missam et alia divina off. pro semetipso, et familiaribus suis in locis interdictis, submissa voce et januis clausis. (*A.* 53, f. 242; *V.* 127, n. 745.)

18 dec. (XV kal. jan.) T. XII. — **7389.** — *Joanni, ep.o Tiburtin.,* indulgetur ut Humberti Dalphini Viennen., cujus confessor et cancellarius existit, obsequiis insistendo, in eccl. seu episcopatu suis residere minime teneatur. (*A.* 53, f. 53; *V.* 127, n. 55.)

24 dec. (IX kal. jan.) T. X. — **7390.** — *Stephanus, ep.us Noviomen.,* absolvitur, ad quadriennium, a juramento de visitandis, certis temporibus, liminibus Apost. (*A.* 91, f. 566 v°; V. 127, n. 800.)

Datum *Avenione.*

BENEDICTI XII

LITTERÆ

COMMUNES, SEU DIVERSARUM FORMARUM

ANNI V (1339)

---

13 (id.) *jan. 1339.*

7391. — *Ad perp. rei mem.* Revocantur, cassantur et annullantur omnes processus et sententiæ per Ludovicum de Bavaria et Eduardum, reg. Angliæ, se vicarium dicti Ludovici vel Imperii prætendentem, sequuti vel sequendi contra ep.um et eccl. Cameracen., ratione citationis factæ a dicto rege adversus ep.um et eccl. supradictos. Super hoc scribitur etiam ep.is Leodien., Trajecten., et Tornacen. (*A.* 91, f. 362; *V.* 127, n. 2; Raynaldi, an. 1339, n. IX; Bliss, II, p. 545; Daumet, n. 553, 554.)

Ut s. — T. XXIV.

7392. — *Ad fut. rei mem.* Revocantur ad examen Sedis Apost. omnes causæ per creditores b. m. Gerardi, ep.i Constantien., motæ contra Nicolaum, ipsius successorem; cum suspensione sententiarum excom. et interdicti usque ad Sed. Apost. beneplacitum. (*A.* 53, f. 67 v°; *V.* 127, n. 88; Riezler, n. 2011.)

Ut s. — T. XXVI.

7393. — *Abb. in Salem, et præp. in Yttigen per præp. soliti gubernari monasteriorum, Constantien. di., ac archid. Basilien.*, mand. ut publicent revocationem ad examen Sed. Apost. omnium causarum contra Nicolaum, ep.um Constantien., motarum, ut supra dictum est. (*A.* 53, f. 68 v°; *V.* 127, n. 91.)

Ut s. — T. XVII ½.

7394. — *Ep.o Sedunen.*, mand. ut, prævia informatione, Joanni, ep.o Gratianopolitano, restitui faciat redditus, decimas et alia bona immobilia a Guillelmo ipsius prox. prædecessore nonnullis de gente sua et aliis ad vitam et ad tempus indebite concessa; attento quod idem Guillelmus per plures annos ante diem sui obitus, tam ex senectute, quam ex debilitate corporis minus compos extitit. (*A.* 53, f. 36; *V.* 127, n. 27; cf. n. 6280.)

Ut s. — T. XV.

7395. — *Abb. monast. s. Victoris Massilien.*, O. S. B., mand. ut priorem monast. de Rometa, Vapincen. di., a monast. s. Petri Bremeten., dicti ord., Papien. di., dependentis, ejusque successores cohibeat ad solvendum Guillelmo Goliardi, mon. dicti monast. de Rometa, qui ad studendum juri can. apud Montempesulanum electus fuit, pensionem 35 lib. tur. parv. annuatim ad morandum in dicto studio, juxta statuta dudum edita pro reformatione Mon. Nigrorum. (*A.* 91, f. 345 v°; *V.* 127, n. 12; cf. n. 7417.)

17 jan. (XVI kal. feb.) Gr. pro card.

7396. — *Ep.o Florentin.*, mand. ut Neapoleoni, s. Adriani diac. card., super summa 1,200 lib. tur. parv., in qua quond. Scalgia Tifi, civis Florentin., (antequam de hæresi

Datum *Avenione.*

per sententiam condemnatus existeret) obligatus erat, contra inquisitores hæret. prav., qui ipsius bona confiscaverunt, faciat justitiæ complementum. (*A.* 91, f. 344 v°; *V.* 127, n. 9.)

18 jan. (xv kal. feb.) T. XX.

7397. — *Rogerio de Vintrono, archid. Conchen. in eccl. Ruthen., Campaniæ Maritimæque rectori,* mand. ut super restitutione turris de Teclena, sitæ in territorio Alatrin., Francisco de Ceccano facienda, se informet, et quæcumque super hoc invenerit fideliter referre procuret; attento quod conditiones et pacta pro quorum firmitate dicta turris in manibus Raimundi, nunc ep.i Cassinen., tunc Campaniæ Maritimæque rectoris, posita fuerat, amplius non existunt. (*A.* 91, f. 345; *V.* 127, n. 10.)

23 jan. (x kal. feb.) T. XVI.

7398. — Numerus monialium monast. s. M. de Furnis, O. S. B., Avenion. di., reducitur ad xxx^um^; nam ex proventibus ipsius monast., qui pro majori parte proveniunt ex cultura terrarum, vix possunt sustentari. (*A.* 53, f. 30; *V.* 127, n. 20.)

Ut s. — T. XII.

7399. — *Archiep.o Tarentasien.*, mand. ut constitutionem Lateranen. concilii contra usurarios editam et per Gregorium X in concilio Lugdunen. innovatam faciat inviolabiliter observari contra usurarios non oriundos de civit. et di. Tarentasien., quæ civitas est eccl. Tarentasien. immediate subjecta; obtentu Joannis, archid. Tarentasien. (*A.* 91, f. 565; *V.* 127, n. 697.)

31 jan. (ii kal. feb.) T. LIII.

* **7400.** — *Luneburgen., et Brunsvicen. ducibus, necnon civit. Hildesemen., ac Brunsvicen. et multis aliis communitatibus, et consulibus ac vassallis et subditis Hildesemen. eccl.* mand. ut Erico, electo Hildesemen., tamquam eorum vero præsuli pareant, et ab obedientia Henrici de Brunswich, intrusi, omnino cessare procurent. Narratur per extensum negotium electionis legitimæ et intrusionis attentatæ. (*A.* 91, f. 324 v°; *V.* 127, n. 124; cf. n. 6296, 7178, 8159; Riezler, n. 2018.)

12 (ii id.) *feb.* T. XVI.

7401. — *Archiep.o Baren.*, mand. ut monast. et moniales s. Benedicti Licien., O. S. B., personaliter visitet, et quod de statu dicti monast. et personarum ipsius, ac conditionibus et circumstantiis universis se informet et referat; instante Galtero, duce Athenarum, ac comite Brene et Licii, qui earumd. monialium lascivam et inhonestam vitam P.P. retulit (*A.* 91, f. 355; *V.* 127, n. 115.)

14 feb. (xvi kal. mart.) T. XII.

7402. — *Archid. de Vozago in eccl. Tullen.*, mand. ut malefactores et consentientes eisdem, ac præstantes eis consilium vel favorem contra Henricum, rectorem de Domno Apro et de Aracourt ecclesiarum, ut bona dicto rectori ablata restituant, moneat et inducat; et si restituere recusarint ipsos denunciet excommunicatos. (*A.* 91, f. 349 v°; *V.* 127, n. 109.)

17 feb. (xiii kal. mart.) T. XVI.

7403. — *Abb. monast. de Lezato, Riven. di.*, mand. ut ad eccl. Convenarum et ad collegiatam eccl. s. Gaudentii, Convenarum di., se personaliter conferens, prævia informatione, bona earumdem eccl. alienata ad jus et proprietatem ipsarum revocare procuret et rescribat, juxta querelam per servitores et præbendarios earumdem P.P. porrectam, contra canonicos ipsarum. (*A.* 53, f. 65 v°; *V.* 127, n. 82; cf. n. 8169.)

18 feb. (xii kal. mart.) T. XVI.

7404. — *Ep.o Florentin.*, mand. ut si Carlinus quond. Neapoleonis de Auximo et alii exules Auximani per rebelles Rom. Eccl. expulsi, necnon communia et homines Montisfani et Montisfiliorum Octrani, ejusdem Eccl. devoti, fecerunt obedientiam debitam Cagnardo, rectori Marchiæ Anconitan., ipse ep.us, vocato dicto rectore, sciat ab eo causam quare processus contra dictos devotos factos et sententias promulgatas non amovit; et si rationabilis causa non subsit, eos auctoritate apost. amoveat. (*A.* 53, f. 66; *V.* 127, n. 83.)

Ut s. — T. XVI.

7405. — *Ep.o Florentin.*, mand. ut cassare procuret processus per præfatum Cagnardum, rectorem Marchiæ Anconitan., factos ad instantiam Lipatii et Andreæ, fratrum, militum Auximan., de hæresi condemnatorum, contra ep.um quond. civit.

Datum *Avenione.*

et di. Auximan., ex eo quod publicavit apost. litteras super nullitate sententiæ prolatæ per Laurentium de Ancona, ord. Min., tunc inquisitorem hær. prav., per quam declaravit eosdem Lipatium et Andream Rom. Eccl. fideles. (*A.* 53, f. 66; *V.* 127, n. 84; cf. n. 5148, 5149, 7512.)

20 feb. (x kal. mart.) T. XVI.

7406. — *Universis collectoribus decimæ et procurationum auctoritate apost. deputatis et in posterum deputandis,* mand. ut, si monasterium seu locus convent. ord. Cist. pro se, membris et grangiis sibi subjectis decimam et procurationes duxerint persolvendas, nullam aliam solutionem a prædictis membris extra dictum locum demorantibus, seu monast. amplius exigant. (*A.* 91, f. 369 v°; *V.* 127, n. 140; *Chronica et Cartul. monast. de Dunis* (Bruges, 1864), p. 145-146.)

Ut s. — T. XX.

7407. — *Ad perp. rei mem.* Revocatio alienationum a XL annis citra per prædecessores Jordani, abb. monast. de s. Hilario, O. S. B., Carcassonen. di., factarum de bonis ipsius monast. (*A.* 53, f. 67 v°; *V.* 127, n. 87.)

24 feb. (VI kal. mart.) T. XVI.

7408. — *Præp. s. Petri Argentinen., et scholast. Tullen., ac cantori Verden., Constantien. di.,* mand. ut contra Hertwigum, advocatum, Nicolaum, dictum Smit, et multos alios detentores et spoliatores Burkardi de Warembach, can. eccl. s. Amarini, Basilien. di., per sententiam excom. procedant, donec dictus Burkardus cum bonis suis ablatis de carcere fuerit relaxatus; attento quod circa possessionem cujusd. benef. ad collat. præp. et capit. dictæ eccl. duas definitivas sententias dictus Burkardus habuit. (*A.* 91, f. 366; *V.* 127, n. 134; cf. n. 7496.)

Ut s. — T. X.

7409. — *Joanni, ep.o Basilien.,* mand. ut circa liberationem prædicti Burkardi sic interponat suæ sollicitudinis partes quod de carcere relaxetur. (*A.* 91, f. 367 v°; *V.* 127, n. 136.)

Ut s. — Gr.

7410. — *Abbatibus monasteriorum de Colebaz, et de Stolp, ac de Novocampo, Caminen. et Zwerinen. di.,* mand. ut procedant contra unam partem monachorum monast. in Lenin, Cist. ord., Brandeburgen. di., quæ de Loborch vulgariter appellatur, et quæ adversus alteram partem tyrannidem exercendo plures mon. suos : videlicet Theodericum de Harstorp, Nicolaum de Lizon, et Hermannum dictum de Priswalch, successive unum post alterum in abbates dicti monast. intrusit; quorum intrusorum temporibus multa enormia fuerunt perpetrata. Nam, cum quidam nobilis, nomine Falco, temporibus ejusd. Nicolai in monast. pernoctasset, conversi ipsius monast. ad suggestionem ejusd. intrusi dictum nobilem et quatuor alios familiares suos in lectis dormientes inhumaniter occiderunt; ex quo graves inimicitiæ et guerræ in illis partibus suscitatæ, quæ decem annis et amplius duraverunt; in quibus bona dicti monast. ad flor. auri 60,000 ascendentia per spolia, incendia et rapinas devastata fuerunt, etc. : instante Theoderico de Ruppin, dicti monast. mon., qui in vinculis ferreis alligatus et novem mensibus in carcere detentus gravibus fuit cruciatibus oppressus, ut in carcere moreretur, quia prædicta exposuit abbati monast. Cistercii, Cabillonen. di., totius ord. superiori. (*A.* 53, f. 70 v°; *V.* 127, n. 97; Riezler, n. 2021.)

Ut s. — T. XVI.

7411. — *Bolbonæ et Berdonarum, Ruthen. et Auxitan. di., monast. abbatibus.* Subrogatur prædictus abb. Berdonarum loco abb. Bonæcumbæ (usque ad convalescentiam suam), ut contra mon. monast. Grandis Silvæ, Cist. ord., Tolosan. di., dissolutos et delinquentes, ac criminosos, procedat, juxta continentiam litterarum abbatibus Bolbonæ et Bonæcombæ directarum. (*A.* 91, f. 370; *V.* 127, n. 141; cf. n. 6330, 7466, 7469, 8220.)

26 feb. (IV kal. mart.) T. XVI.

7412. — *Ep.o Imolen.,* mand. ut monast. s. Januarii de Capelone, O. S. B., Aretin. di., ac omnia bona et jura ipsius ad manus Apost. Sed. recipiat, durantibus

Datum *Avenione.*

processibus quos in curia Rom. Franciscus de Velenzano, ejusd. monast. abb. electus et confirmatus, prosequitur. (*A.* 91, f. 425; *V.* 127, n. 438.)

27 feb. (III kal. mart.) T. XX.

7413. — *Archiep.o Strigonien., et ep.o Agrien.*, mand. ut allegationes quare Carolus, rex Hungariæ, custodiam et detentionem prædiorum, possessionum et castrorum Colocen. et Bachien. eccl., canonice unitarum, vacatione ipsarum eccl. durante, habere debeat, audiant et Sedi Apost. transmittere non postponant. Dictæ allegationes sic referuntur : « Propter vicinitatem regis Rasciæ schismatici ac publici hostis regis ejusdem, cujus gentibus atque regno dicta prædia possessiones et castra dicuntur esse vicina, quique libenter ad occupationem dictorum castrorum... extenderet manus suas, securitati dicti regni Hungariæ plurimum expedire sub sua et gentium suarum custodia hujusmodi vacationis tempore detineri. » (*A.* 91, f. 382 v°; *V.* 127, n. 162; Theiner, *Mon. Hung.* I, p. 630.)

28 feb. (II kal. mart.) T. X.

7414. — *Ad fut. rei mem.* Reservatio benefic. quæ quond. Philippus Amati, can. regularis Albien., obtinebat, a Joanne XXII facta perinde valere debet, (licet per litteras ejusd. P. P. de hujusmodi reservat. non liqueat), ac si litteræ ipsius Joannis confectæ et ejus bulla bullatæ fuissent. (*A.* 91, f. 357 v°; *V.* 127, n. 120; 134, f. 14 v°, n. 42; Daumet, n. 569.)

5 (III non.) *mart.* T. XX.

7415. — *Martino, archiep.o Compostellano*, mand. ut humilitatem et justitiam studeat observare et ad suam Compostellan. eccl. accedat. (*A.* 91, f. 382; *V.* 127, n. 160.)

7 (non.) *mart.* T. L.

* **7416.** — *Bertrando, s. Marci, pr. card.*, mand. ut, juxta commissionem sibi factam, in statutis ab ipso ordinatis addat et detrahat quæ pro bono statu studii Montispessulani, et ep.i, ac eccl. Magalonen. bono pacis addenda cognoverit et etiam detrahenda. (*A.* 91, f. 454; *V.* 127, n. 492; Fournier, *Univers. Françaises*, n. 946.)

11 (V id.) *mart.* T. XV.

7417. — *Gilberto, ep.o Ruthen.*, mand. ut pensionem 35 l. t. quam annuatim (secundum ordinationes P. P. circa reformat. Monachorum Nigrorum editas) prior de Rometa, O. S. B., Vapincen. di., et alii priores eidem subjecti solvere debent Guillelmo Goliardi, mon. dicti monast., (ratione studii, in quo dictus Guillelmus debet insistere, ad adipiscendam scientiam juris can.), eidem Guillelmo a dictis prioribus solvere faciat, juxta priorum sibi, tunc abb. s. Victoris Massilien., directarum continentiam litterarum (n. 7395); attento quod dictus Guillelmus ob cessationem hujus solutionis studia sua nequit prosequi. (*A.* 91, f. 381; *V.* 127, n. 159.)

15 (id.) *mart.* T. XVI.

7418. — *Præp. eccl. Aquen., et officiali Massilien.*, mand. ut de diminutione cultus divini et de penuria canonicorum ac clericorum servientium in eccl. Massilien. se informent et referant; ex petitione canonicorum dictæ eccl. asserentium distributiones quotidianas adeo esse exiles et tenues ut pro medietate victus necessarii unius diei non sufficerent. (*A.* 91, f. 396; *V.* 127, n. 181.)

Ut s. — T. XXX.

7419. — *Archiep.o Aquen., et Massilien., ac Alben. ep.is.* In concessione decimæ biennalis omnium reddituum et proventuum ecclesiast. in regno Siciliæ citra Pharum, nec non in Provinciæ, ac Forcalquerii, et Pedismontis comitatibus consistentium pro recuperatione insulæ Siciliæ Roberto regi per P. P. facta, non includuntur proventus et redditus locorum in quibus rex ipse mediate vel immediate dominium et jurisdictionem non obtinet. (*A.* 53, f. 173 v°; *V.* 127, n. 346; Daumet, n. 581, cf. n. 7296, 7297, 7514.)

16 mart. (XVII kal. apr.) T. LVII.

* **7420.** — *Vicariis Constantinopolitan. et Nigroponten. eccl.*, mand. ut Isnardum, archiep.um Theban. et Gregorium de Papia, ord. Præd., ejus vicarium, super certis excessibus delatos citent ut certo termino apost. conspectui personaliter se præsentent; referente nob. Galtero, duce Athenarum, comite Brenne et Licii, qui a possessione ducatus Athenarum jam a tempore Joannis XXII, per quosdam invasores sæpe

Datum *Avenione.*

sæpius excommunicatos et adhuc contumaces, spoliatus fuit. (*A.* 91, 383; *V.* 127, n. 163.)

18 mart. (XV kal. apr.)

* **7421.** — *Hugoni Augerii, can. Narbonen., rectori Patrim. b. Petri in Tuscia,* mand. ut Petro Ricardi de Annibaldis, domino medietatis castri Onani, Suanen. di., a rectoribus dicti Patrim. occupatæ, contra quosdam æmulos faciat justitiæ complementum, juxta formam mandati alias sibi directi, vel significet causam quare id non duxit faciendum. (*A.* 91, f. 396 v°; *V.* 127, n. 182; cf. n. 2380.)

23 mart. (X kal. apr.) T. X.

7422. — *Vicariis eccl. Magalonen., et nob. Raimundo Petri, mil., domino Agautici, Magalonen. di.,* mand. ut quanto citius P. P. destinare procurent processum a quibusdam judicibus sæcularibus communis curiæ dictorum vicariorum et nobilis, in castro de Brixiaco, dictæ di., contra quond. Michaelem Gauteriam, et Hermeniardam de Cornutis, ac Agnetem Fabrice, mulieres sortilegas et maleficas, habitum et exsecutioni demandatum, in præjudicium inquisitoris Carcassonæ. (*A.* 53, f. 143 v°; *V.* 127, n. 306; cf. n. 7428.)

Ut s. — T. XVI.

7423. — *Ep.o Veneten.,* mand. ut super gravaminibus per nonnullos fratres Hospitalis s. Joannis Hierosolymitani et alios religiosos agricultoribus et laboratoribus ducatus Britanniæ prætextu quorumdam privilegiorum illatis se informet et referat; instante nob. Joanne, duce Britanniæ. (*A.* 91, f. 391; *V.* 127, n. 175.)

25 mart. (VIII kal. apr.) T. XX.

* **7424.** — *Bernardus Amelii, archid. Albien.,* quittatur de quibusd. pecuniis et bonis quond. Ademari, ep.i Massilien., avunculi sui, Cameræ Ap. assignatis, et de legato M flor. olim a dicto ep.o facto Joanni XXII. Enumerantur dictæ pecuniarum summæ. (*A.* 53, f. 78; *V.* 127, n. 828; 134, f. 30 v°, n. 112; Daumet, n. 583.)

27 mart. (VI kal. apr.) Gr. pro Deo.

* **7425.** — *Ep.o Convenarum,* mandat. ut citet Arnaldum Bernardi, abb. monast. Bonifontis, Cist. ord., suæ di., qui enormes excessus in personam quond. Arnaldi de s. Hilario, mon. dicti monast., commisit; et ipsi terminum præfigat quo personaliter apost. conspectui se præsentet; instante Beatrice de Berveda, paupere vidua dict. di., matre ejusd. Arnaldi monachi. (*A.* 91, f. 404 v°; *V.* 127, n. 195; cf. n. 8188, 8281.)

Ut s. — T. X.

7426. — *Priori generali ord. Carmelit.,* mand. ut capiat vel capi faciat ac captos ad Rom. curiam destinet Julianum de Bononia, et Danielem, Colonien. di., dicti ord. professores, qui se dicunt ad honorem pontificatus assumptos et, absque diœcesanorum licentia, quæ pontificalis sunt ordinis etiam in locis interdicto suppositis exercent. (*A.* 53, f. 74 v°; *V.* 127, n. 822.)

29 mart. (IV kal. apr.) T. X.

7427. — *Almeratio de Cabrespina,* can. Ilerden., mand. ut salaria officialibus et servitoribus Pictavini, olim Magalonen., nunc Albien. ep.i, debita persolvat de bonis ab ipso sub manu P. P. posita, quæ idem epus in episcopatu Magalonen. habebat. (*A.* 53, f. 69 v°; *V.* 127, n. 94; 134, f. 31, n. 113; Daumet, n. 585.)

5 (non.) *apr.* T. XVI.

7428. — *Inquisitori hær. prav. in regno Franciæ apost. auctoritate deputato et Carcassonæ residenti, vel ejus locumtenenti,* mand. ut processus per eos habitos contra Michaelem Gauteriam, Hermeniardam de Cornutis, ac Agnetem Fabrice, mulieres sortilegas et maleficas, P. P. destinare procurent, et quos eorumdem processuum occasione capi fecerunt a carcere liberent, sub cautione quod apost. conspectui personaliter se præsentent. (*A.* 53, f. 143 v°; *V.* 127, n. 307; cf. n. 7422.)

Ut s. — T. X.

7429. — *Ademaro, ep.o Meten.,* mand. ut aliquem discretum virum, de alligationibus dudum factis inter eum et Henricum, comitem Barren., plenarie informatum, ad præsentiam P. P. hinc ad festum Pentecosten prox. venturum, destinare procuret, interim omnem novitatem indebitam penitus vitando; attento quod inimici et malevoli ejusd. comitis, ut ipse ep.us una cum eis moveat guerram comiti præfato

Datum *Avenione.*

viis et modis subdolis laborant ut ab eisdem alligationibus separetur. (*A.* 53, f. 71 v°; *V.* 127, n. 98; Sauerland, *Vatikanische Urkunden*, 763.)

10 (IV id.) *apr.* T. XVI.

7430. — *Ep.o Morinen.*, mand. ut communitatibus quarumdam villarum Flandriæ, videlicet Brugis, Gandavi, et Ipri, Tornacen. et Morinen. di., sub pœna excom. et interdicti præcipiat ut Petrum Peit, quond. mon. monast. de Dunis, Cist. ord., dictæ Morinen. di., de hæretica prav. respersum capiant, et nomine Sed. Apost. in carcere detineant; nam ipse Petrus proprio monast. derelicto adhæsit cuidam germano suo propter hæresim combusto, et se in Hungariam transferens in monast. Bellifontis, dicti ord., receptus fuit; posteaque monasterii de Egris in Hungaria absque jure abbas effectus, demum per commissarios capit. generalis ord. memorati ab ipsius monast. regimine fuit amotus et carceri condemnatus; ipse vero sententiam dicti capit. contemnens, cum dictis communitatibus confœderatione inita, et multitudine armatorum congregata ad dictum monast. de Dunis se contulit, ostia frangi fecit cum malleis ferreis, xxx dolia vini circiter effudit, dictumque monast. multis bonis mobilibus ad val. 7,000 flor. auri spoliavit, et monachos fugavit, etc. (*A.* 53, f. 145; *V.* 127, n. 310; n. 8221.)

27 apr. (V kal. maii.) T. XVI.

* **7431.** — *Ep.o Florentino*, mand. ut justitiæ faciat complementum super eo quod nepotes b. m. Bernabonis, ep.i Lunen., occuparunt omnia mobilia ad episc. mensam Lunen. spect., valentia 10,000 flor. auri, et in sola pecunia numerata 5,000; instante Antonio, electo Lunen. (*A.* 53, f. 157 v°; *V.* 127, n. 336.)

Ut s. — T. XVI.

7432. — Pro *ep.o Ruthen.*, annotatur littera Joannis XXII (data Avenione, II id. apr. anno IX°) et ex regesto ejusd. P. P. extracta, circa unionem eccl. de Lumensone mensæ dicti ep.i, quæ ob erectionem Vabren. di., imminuta est. (*A.* 91, f. 6; *V.* 127, n. 197.)

Ut s. — T. XXVI.

7433 — Pro *eodem ep.o*, annotatur alia ejusd. P. P. Joannis littera (data Avenione, X kal. dec. an. II°) circa divisionem episcopatus Ruthen., et erectionem episcopatus Vabren. (*A.* 91, f. 406 v°; *V.* 127, n. 198.)

28 apr. (IV kal. maii.) T. XX; gr.

* **7434.** — *Petrus Piscis, civis Mirapiscen.*, germanus quond. Joannis Piscis, can. Narbonen., altararii Basil. s. Petri de Urbe, post obitum dicti Joannis absolvitur et quittatur de quibusdam ab eodem Joanne receptis pro Camera in Urbe et de expensis per ipsum. Per extensum describuntur pecuniarum summæ tam receptæ quam expensæ. (*A.* 91, f. 444; *V.* 127, n. 475; *Bull. basil. Vat.* I, p. 312.)

30 apr. (II kal. maii.)

7435. — *Archiep.o Senonen.*, mand. ut doctores decret. in studio Parisien. actu regentes ad recipiendum quoscumque religiosos ord. Mon. Nigrorum ad lecturam decretalium, appellatione remota, compellat. (*V.* 127, n. 404; Denifle, *Chart. univ. Paris.*, 1018.)

Ut s. — T. XIV.

7436. — *Archiep.o Bremen.*, mand. ut Joannem, ep.um Trajecten., inducat ut ejus subditis ministret ecclesiastica sacramenta, et ut sententias excom. ab ipso contra dictos subditos latas revocet; ex petitione abbatum, prælat., et aliarum personarum regul. vel sæcul. in Westfrisia et in Ostfrisia, ac in di. Trajecten. consistentium. (*A.* 91, f. 423; *V.* 127, n. 435; Riezler, n. 2028.)

10 (VI id.) *maii.* T. XII.

7437. — *Ep.o Valentin. et Dien.*, mand. ut sacrilegos qui Robertum de Litelburs, mil. anglicum, de Rom. curia cum certa comitiva redeuntem, et per di. Valentin. transitum facientem ceperunt, et omnibus suis bonis spoliarunt, excommunicatos publice nunciet, et faciat ab aliis arctius evitari. (*A.* 91, f. 417; *V.* 127, n. 422; cf. Daumet, n. 596.)

12 (IV id.) *maii.* T. L.

7438. — *Ad perp. rei mem.* — Statuitur et ordinatur in civit. Gratianopolitana studium generale, obtentu Humberti, Dalphini Viennen. (*A.* 91, f. 416 v°; *V.* 127, n. 420; cf. n. 7366; Fournier, *Univers. Françaises*, n. 1546.)

Datum *Avenione*.

18 maii. (xv kal. jun.) T. XIV 1/2.

7439. — *Ep.o Mutinen., et cantori Parisien., ac sacristæ Avenionen.*, mand. ut omnes et singulos qui Petrum, ep.um Atrebaten., noviter ab eccl. Nivernen. translatum et versus eccl. suam nuper dirigentem gressus suos, priusquam fines Nivernen. eccl. exiret, quatuor saumeriis et diversis aliis rebus et bonis ejusd. ausu sacrilego spoliarunt, moneant et inducant ut prædicto ep.o omnia rapta cum integritate restituant, alioquin ipsos excommunicare procurent. (*A.* 91, f. 434 ; *V.* 127, n. 456.)

19 maii. (xiv kal. jun.) T. XVI.

* **7440.** — *Universi officiales tam regii quam alii in regno Navarræ constituti* monentur et hortantur ut Valascum Lupi, de Ferreiros, mil., generalem mag. ord. Militiæ s. Jacobi faciant cum rebus suis, quibus forte extitit spoliatus, restitui pristinæ libertati. (*A.* 91, f. 424; *V.* 127, n. 437; cf. n. 7457.)

21 maii. (xii kal. jun.) T. X.

* **7441.** — *Archiep.o Burdegalen.*, mand. ut Raimundum, vicecomitem de Fronsiaco, Ayrardum, ac Guill. de Montepavonis, armigeros Burdegalen. et Petragoricen. di., ad reparandum grangias de Podiata et de Campis, et molendina ad abb. et conv. monast. de Faissia, Cist. ord., suæ di., pertinentia et per ipsos sacrilegos igni exposita, appellatione remota compellat. (*A.* 91, f. 442 v°; *V.* 127, n. 473.)

Ut s. — T. XL.

* **7442.** — *Raimundus Fornerii, de Bellovicino, et Guillelmus Bastardi, de Celsis, Nemausen. et Pictavien. di., prioratuum priores, ac Robertus de Mandagoto, præp. Uticen., O. S. A.*, decr. doct., assumuntur ad prosequendas expeditionem et promulgationem statutorum et ordinationum per P. P. in ordine memorato nuper factorum. (*A.* 91, f. 438 v°; *V.* 127, n. 466.)

29 maii. (iv kal. jun.) T. XII.

7443. — *Archiep.o Ebredunen.*, mand. ut singulos clericos tabelliones Vercellen., Asten., Aquen., Taurinen. et Iporien. civit. et di., appellatione remota compellat ad conficiendum instrumenta publica Joannem, marchionem Montisferrati, filium et hæredem Theodori, marchionis Montisferrati, concernentia, satisfacto eis de salario competenti. (*A.* 53, f. 176 v°; *V.* 127, n. 351.)

31 maii. (ii kal. jun.) T. XX.

7444. — *Martino, abb. monast. s. s. Cosmæ et Damiani de Monte, O. S. B., Jadren. di.*, declaratur reservationem apostolicam ecclesiarum et monast. in patriarchatu Graden. vacantium ad suum monast. non extendi. (*A.* 91, f. 446; *V.* 127, n. 478.)

Ut s. — T. X.

7445. — *Raimundo, ep.o Morinen.*, mand. ut se informet et referat super utilitate permutationis seu venditionis quarumdam possessionum inter Alamanniam et Brabantiam consistentium, et ad abb. monast. s. Dionysii ad Rom. Eccl. nullo medio pert., O. S. B., Parisien. di., spectantium; videtur enim quod propter guerras et turbationes, dictæ possessiones magis onerosæ quam utiles existunt. (*A.* 53, f. 80; *V.* 127, n. 203; Riezler, n. 2034.)

1 (kal.) *jun.* ; Gr.

* **7446.** — *Ep.o Caturcen.*, mand. ut in causa vertente inter Guillelmum de Campis, laicum, et Ricardam, ejus uxorem, ac communitatem hominum castri de Rupecornu, Agennen. di., ex una parte, et ep.um Agennen., ac Jacobum Maynardi, procuratorem generalem ipsius ep.i, et Geraldum de Pinibus, Michaelem de Ecclesia, Joannem Nigrum, clericos, Guillelmum Geraudi, bajulum curiæ sæc. Agennen., et nonnullos alios cler. et laicos ejusd. di., (qui, fractis portis ecclesiæ, quondam Arnaldum de Campis, natum conjugum prædict., de dicta eccl. extraxerunt et morti per suspendium tradiderunt), ex altera, procedat juxta aliarum ipsi directarum continentiam litterarum; non obstante asserto privilegio civit. Agennen. quod cives ejus non possint extra di. in causam trahi. (*A.* 53, f. 55 v°; *V.* 127, n. 64; cf. n. 4999.)

Ut s. — T. XX.

7447. — Repulsio et annullatio appellationum per decanum monast. s. Ægidii ad R. E. nullo medio pert., O. S. B., Nemausen. di., ac de Reumis, s. Amantii, de Montepesato, de Caslario, de Prevencheriis, de Menerba, s. Genesii de Mediogoto, de Vannis, de Cortona, de Fraicineto, de Rocha, de Roncilione, s. Joannis de Gardovita,

Datum *Avenione.*

de Severio, de Montelauro, de Vaqueriis, de Caissanicis et de Robiaco prioratuum priores, dicti ord., Nemausen., Lumberien., Mimaten., Uticen., Magalonen., Apten., Sistaricen., et Cavallicen. di., eidem monast. subjectorum, ad Sed. Apost. interpositarum, contra impositiones ipsis juxta edictum P. P. factas, circa expensas ministrandas monachis antedicti monast. ad generalia studia mittendis. (*A.* 53, f. 182 v°; *V.* 127, n. 364.)

2 (IV non.) *jun.* T. VI.

7448. — Inhibetur *abb. monast. s. Eugendii Juren., O. S. B., Lugdunen. di.*, ne de terra suæ abbatiæ subjecta cum aliquo confœderationes, alligationes, alienationes vel associationes facere quoquomodo præsumat, sine P. P. indulgentia speciali. (*A.* 53, f. 178; *V.* 127, n. 356.)

4 (II non.) *jun.* T. XV.

* **7449.** — *Priori monast. s. Christinæ, Oscen. di.*, mand. ut ad monast. s. Joannis de Abbatissis, ad Rom. Eccl. nullo medio pert., O. S. A., Vicen. di., et ad villas ac loca eidem monast. subjecta se personaliter conferens, consules et universitatem villæ de Camporotundo, Gerunden. di., appellatione remota compellat ad satisfaciendum abbati et conv. dicti monast. s. Joannis super eo quod villam ipsius monast., portis cum securibus destructis et pluribus hospitiis fractis, hostiliter invaserunt, plures homines ejusd. villæ et canonicos dicti monast. interficiendo et lethaliter vulnerando. (*A.* 53, f. 100; *V.* 127, n. 242.)

10 (IV id.) *jun.* T. XVI.

7450. — *Archiep.o Bisuntin.*, mand. ut faciat justitiæ complementum super eo quod nonnulli nobiles, cives, et burgenses diversarum civitatum et di., castra, villas, terras et redditus ad mensam ep.i Meten. spectantia jamdiu detinuerunt titulo pignoris obligata; instante Ademaro, ep.o Meten. (*A.* 53, f. 83; *V.* 127, n. 209; Riezler, n. 2038; Sauerland *Vatikanische Urkunden*, 765.)

Ut s. — T. XVI.

* **7451.** — *Archid. de Vertus in eccl. Catalaunen.*, mand. ut diversos milites, armigeros, et balistarios laicos Meten., Tullen. et Treveren. di. (qui Ademarum, ep.um Meten., in episcopatu suo sine armis incedentem lethaliter vulnerarunt, et tamdiu carceri mancipatum tenuerunt, donec 16,000 lib. tur. eis persolvere promiserit), excommunicatos publice nunciet, donec congruam satisfactionem impendant. Nomina autem horum sunt : Simon de Perroies, de Marchienville, Joannes Xolces, milites, Werricus de Perroies, de Sawigney, Chaderonus de Hennamenil, Arnulphus de Bazemont, armigeri, Hennekinus, dicti Simonis servitor, Gerardus de Juxey, Simoninus de Montcourt, Simoninus de Bleville, Heiloelus, Guerardus, Wyquelinus et Henricus de Nanceyo, balistarii, laici Meten., Tullen. et Treveren. di. (*A.* 53, f. 82 v°; *V.* 127, n. 208; Riezler, n. 2037; Sauerland, 764.)

12 (II id.) *jun.* T. XVI.

* **7452.** — *Jacobo, Brixien., et Bonifacio, Mutinen. ep.is,* mand. ut archipr. et conv. plebis s. M. de Carpo, ad R. E. nullo medio pert., O. S. A., Mutinen. di., concedant licentiam permutandi quemdam campum ad proprietatem plebis ejusd. spect., ab hominibus ejusd. loci de Carpo detentum, et 550 flor. auri extimatum, pro totidem flor. auri quas syndici dictorum hominum se offerunt soluturos pro terris emendis et dandis eidem plebi. (*A.* 53, f. 195; *V.* 127, n. 386.)

13 (id.) *jun.* T. X.

7453. — *Petrus, rex Aragonum,* hortatur ut obviet guerrarum materiis quæ oriri possunt ex diffidatione a nob. Ottone de Montecateno facta Sancio, ep.o Segobricen. et s. M. de Albarazino, in odium trium definitivarum sententiarum, apud Sed. Apost. favore dicti ep.i promulgatarum, super decimis Castrinovi, Segobricen. di., ab ipso nob. detentis; quarum sententiarum vigore in ecclesiis diversarum diœcesum pulsatis campanis et candelis accensis excommunicatus publice fuit nunciatus. (*A.* 53, f. 104 v°; *V.* 127, n. 250.)

Datum *Avenione.*

13 (id.) *jun.* T. L.

* **7454.** — *Magistri Dalphinus de Ferraria et Albertonus de Mutina, jurisperiti, procuratores Opizonis et Nicolai, marchionum Esten.*, P. P. in civitate et districtu Ferrarien. vicariorum, absolvuntur nomine dictorum marchionum de solutione 30,000 flor. auri quos curiæ Rom. solvere tenebantur, pro tribus annis dicti vicariatus in præfata urbe Ferrarien. (*A.* 91, f. 445; *V.* 127, n. 476; Riezler, n. 2040.)

17 jun. (XV kal. jul.) Gr. pro Deo.

7455. — *Archiep.o Gneznen.*, mand. ut Hermannum Calvum, pr., fratrem eccl. Dominici Sepulcri de Methonia, O. S. A., Cracovien. di., ac alios expulsos de dicta eccl. ad eamdem restituat, ipsisque restitutis Benedictum de Vivo in præpositura dictæ eccl. intrusum, et simoniacum studeat amovere. (*A.* 91, f. 465; *V.* 127, n. 511; Theiner, *Mon. Pol.*, I, p. 423.)

Ut s. — T. XII.

7456. — *Rimbaldo, ep.o Imolen.*, mand. ut Francisco de Valensano, electo abb. monast. s. Januarii de Capelone, O. S. B., Aretin. di., ministrari faciat 280 flor. auri de bonis ejusd. monast. ad manus P. P. positis, pro expensis ab ipso factis in prosecutione electionis suæ. (*A.* 53, f. 103; *V.* 126, n. 246.)

Ut s. — T. XIV.

7457. — *Ep.o Pampilonen.*, mand. ut Valascum Lupi, mil., mag. ord. Militiæ s. Jacobi ad R. E. nullo medio pert., in regno Castellæ, ad Sed. Apost. omni impedimento sublato libere venire permittat, ipsi de securo conductu providendo, donec transierit per regnum Navarræ, et ad locum pervenerit tutum, ubi non habeat manus insequentium ab Alfonso rege Castellæ, (qui Alphonsum Menendi, laicum, de facto promovit in mag. memorati ord.) emissorum, a quibus jam bis diro carceri mancipatus fuit. (*A.* 53, f. 195 v°; *V.* 127, n. 387; cf. n. 7440, 7479.)

Ut s. — T. XIV.

7458. — *Nob. Raynaldus de Ponte, miles, gubernator regni Navarræ*, hortatur ut dictum Valascum Lupi, exemptum et soli Sedi Apost. subjectum non impediat quominus ad dictam Sed. accedere valeat, imo de securo conductu in toto regno Navarræ providere studeat. (*A.* 53, f. 196; *V.* 127, n. 388.)

22 jun. (X kal. jul.) T. X.

7459. — *Ad. fut. rei mem.* Reservatio eccl. s. Cæsarii, Uticen. di., quam quond. Guillelmus Riboti obtinebat, a Joanne XXII facta perinde valere debet ac si super hoc litteræ confectæ ac bulla ipsius P. P. Joannis bullatæ fuissent. (*A.* 91, f. 463; *V.* 127, n. 502.)

26 jun. (VI kal. jul.) T. XVI.

7460. — *Ep.o Cremonen., et s. Laurentii, ac s. Thomæ Cremonen. monast. abbatibus*, mand. ut abb. monast. s. Columbani Bobien., O. S. B., qui est vel pro tempore fuerit, inhibeant ne Hugolinum quond. Manfredi de Monticellis et quosdam alios per vim et metum in ipso monast. receptos, ad professionem recipiant, et ne eis aliquod jus tribuant in eodem; instante Alberto, abb. monast. s. Joannis Parmen., ejusd. ord., olim abbate dicti monast. s. Columbani, qui dum eidem monast. præsidebat, per nob. Conradum, marchionem Malaspinam, civitatis Bobien. tyrannum, ad dictos viros recipiendos coactus fuit. (*A.* 91, f. 457 v°; *V.* 127, n. 499.)

30 jun. (II kal. jul.) T. XVI.

7461. — *Hellemberto, ep.o Sleswicen.*, mand. ut obligationes et alienationes ab ipso quibuscumque personis factas, et quæcumque præjudicialia cum celeritate procuret revocare, ac utiliter reformare; instantibus præposito, archid., et capit. dictæ eccl., qui damna eidem eccl. ex hujusmodi alienationibus emergentia describunt; inter cætera dicentes quod dictus ep.us omnia bona eccl. suæ Giselberto, electo Halberstaten., fratri Gerhardi, comitis de Halsatia, obligavit, ipsum electum uti vicarium imo successorem suum designando. (*A.* 91, f. 452 v°; *V.* 127, n. 488; Riezler, n. 2047.)

2 (VI non.) *jul.* T. XXIV.

7462. — *Capitulo Claromonten.*, mand. ut statim ac notitia suspensionis quarumdam litium pendentium inter dictum capit. et Raimundum, ep.um Claromonten., ad eos pervenerit, in eadem eccl. resumant « organa divinorum. » (*A.* 91, f. 448; *V.* 127, n. 482.)

Datum *Avenione.*

3 (v non.) *jul.* T. XVI.

* **7463.** — *Ep.o Caturcen.*, mand. ut fructus et bona ad mensam abb. monast. de Branthosmo, O. S. B., Petragoricen. di., sequestret pro illo qui in causa quæ vertitur inter Seguinum de Fayola, asserentem se abbatem dicti monast., ex una parte, et Aymericum de Muraco, sive de Stagno, mon. dicti monast. se jura in abbatiam habere prætendentem, ex altera, finalem sententiam habebit. (*A.* 91, f. 477 v°; *V.* 127, n. 538.)

7 (non.) *jul.* Gr. pro card.

7464. — *Ep.o Tridentino*, mand. ut compellat Dinum de Bononia, can. Tridentin., olim collectorem decimæ sexennalis, ad restituendum Mathæo, ep.o Sabinen., administratori monast. s. Laurentii, O. S. B., Tridentin. et ipsi monasterio, juxta litteras P. P. pecuniam ab ipso Dino a monast. prædicto receptam. (*A.* 91, f. 463 v°; *V.* 127, n. 504.)

15 (id.) *jul.* T. XVI.

7465. — *Priori sæc. eccl. s. Trinitatis de Pregio, Perusin. di.*, mand. ut personas exemptas ordinum quorumcumque ad solvendum una cum ep.o et clero civit. et di. Perusin. procurationes pro nuntiis apost. compellere non postponant. (*A.* 91, f. 538; *V.* 127, n. 624.)

18 jul. (xv kal. aug.) T. X.

7466. — *Berdonarum et Bolbonæ, Cist. ord., Auxitan. et Mirapiscen. di., monast. abbatibus*, mand. ut copiam articulorum super quibus testes receperunt, Guillelmo de Penna, mon. monast. Grandis Silvæ, ejusd. ord., assignare procurent, et defensiones ipsius audiant et admittant; attento quod ipse absens per quosdam suos emulos falso accusatur, ut dicit. (*A.* 91, f. 477 v°; *V.* 127, n. 537; cf. n. 7411, 7469, 8220.)

23 jul. (x kal. aug.) T. XX.

* **7467.** — *Archiep.o Tolosano*, mand. ut Raimundum Jordani, de Tarrida, et quoscumque alios sacrilegos et culpabiles qui spoliaverunt et vulneraverunt, nuper (videlicet die dominica post festum s. Barnabæ apost. prox. præt.) Guillelmum de Riyopullo, mag. in theol., de Populeto, Arnaldum de Cabanaco, bac. in decr., de Caduino, Joannem Marci, Fontisfrigidi, Cist. ord., Terraconen., Sarlaten. et Narbonen. di., monachos; et quond. Petrum de Podio Dalphini, mon. diaconum monast. Bellæperticæ, ejusd. ord., Montisalban. di., occiderunt, tamdiu excommunicatos publice nuntiet, donec super iis satisfecerint competenter. (*A.* 91, f. 461 v°; *V.* 127, n. 534.)

27 jul. (vi kal. aug.) Gr. pro Deo.

7468. — *Præp. monast. Bellimontis, per præp. soliti gub., et priori s. Leontii, Vabren. et Vasaten. di.*, mand. ut testes, instrumenta et litteras, quæ Petrus Calveti, ord. Min. (qui in loco fr. Min. de Amiliano, Ruthenen. di., nonnulla contra fidem asseruerat super quibus Aymo de Calvomonte, ord. Præd., inquisitor hær. prav. informationem fecit), ad probandum quosdam suos articulos producere intendit, recipere et examinare procurent. (*A.* 91, f. 483 v°; *V.* 127, n. 546; Eubel, *Bull. Franc.* VI, n. 115.)

13 (id.) *aug.* T. XIV.

7469. — *Bolbonæ et Berdonarum, Cist. ord., Mirapiscen. et Auxitan. di., monast. abbatibus.* Subrogatur abbas Berdonarum loco abb. monast. Bonæcumbæ, usque ad convalescentiam ejusd., in exsecutione contra quosd. mon., conversos, et donatos monast. Grandis Silvæ, dicti ord., Tolosan. di., facienda. (*A.* 91, f. 492; *V.* 127, n. 561; cf. n. 6330, 7411, 7466, 8220.)

26 aug. (vii kal. sept.) T. XX.

* **7470.** — *Abb. monast. s. Bertini de Sancto Audomaro, Morinen. di., et Petro de Savinhaco, can., ac officiali Atrebaten.*, mand. ut Alexium Frederici, de Urbe, et quosdam alios can. eccl. s. Audomari, Morinen. di., et quoslibet inobedientes et rebelles moneant et inducant ut Augerium de Pelagrua, ac Joannem de Manso, can. ejusd. eccl., infra certum terminum, juxta tenorem litterarum Gaucelini, ep.i Albanen., pro non ligatis excom. sententia ob vulnerationem duorum clericorum, quæ falso eis imputatur, habeant et pertractent, alioquin ipsos canonicos citent. (*A.* 91, f. 516; *V.* 127, n. 608.)

Datum *Avenione.*

4 (II non.) *sept.* T. XX.

7471. — *Archiep.o Januen., et ep.o Caminen., ac abb. monast. Aulæregiæ, Pragen. di.*, mand. ut Hermanno, ep.o Warmien., Henrici successorem a Sed. Apost. designatum efficaci præsidio assistant, et inducant clerum, ac populum Warmien. ut infra certum terminum eidem ut eorum pastori obediant. (*A.* 91, f. 504; *V.* 127, n. 589; Theiner, *Mon. Pol.* I, p. 425.)

12 (II id.) *sept.* T. L.

* **7472.** — *Bernardo de Genebreda, de Longavilla, et Cypriano de Bastida s. Genesii, de Martico, ord. Clun. et S. B., Rothomagen. et Arelaten. di., prioratuum prioribus.* Subrogatur idem Cyprianus in prosecutione statutorum et ordinationum factarum per P. P. in ord. Mon. Nigrorum, loco Joannis de Flisco, tunc prioris prioratus s. Pauli de Cadajovis, O. S. B., Vauren. di., postea abbatis monast. s. M. Florentin., ejusd. ord., nunc defuncti; et mand. eis ut in hujusmodi exsecutione procedant juxta dictis Bernardo et Joanni directarum continentiam liiterarum. (*A.* 91, f. 512; *V.* 127, n. 603; cf. n. 3879.)

Ut s. — T. XVI.

7473. — *Abb. et conv. monast. Augiæ majoris, O. S. B., Constantien. di.*, mand. ut in eod. monast. personas universas liberas et idoneas, quamquam non sint nobiles, recipere et eligere non postponant; non obstante consuetudine, quæ senseri debet potius corruptela, in præfato monast. vigente, scilicet quod ibidem non recipiuntur nisi nobiles, liberi, et ab utroque parente illustres. (*A.* 91, f. 515 v°; *V.* 127, n. 607; Riezler, n. 2053.)

13 (id.) *sept.* Gr. pro Deo.

7474. — *Mag. Petro Guasc, can. Albien., leg. prof., civit. Beneventan. rectori et thesaur.*, mand. ut bona, possessiones, domos et jura, officia et administrationes monast. s. Sophiæ Beneventan., ad R. E. nullo medio pert., O. S. B., pertinentia et per Guillelmum, dicti monast. abb., indebite occupata, et profanis usibus applicata, in statum pristinum reducere non postponat. (*A.* 53, f. 167; *V.* 127, n. 818.)

Ut s. — T. XVIII.

7475. — *Ep.is Anagnin., Terracinen., Ferentinaten., et Segnin., ac vicario in spiritualibus ep.i Ostien. et Velletren.*, mand. ut moneant omnes et singulos qui blada monast. Marmosalii, Cist. ord., Velletren. di., dissiparunt et adsportarunt, tempore guerræ Nicolai, comitis Fundorum, Joannis Gaytani et aliorum, ex una parte, et Benedicti, comitis Palatini, et Pauli de Comite, militis, ex alia, ut dicto monast. de dictis bladis plene satisfaciant, alioquin ipsos excommunicatos declarent et nuntient. (*A.* 91, f. 520; *V.* 127, n. 619.)

22 sept. (X kal. oct.) T. XII.

7476. — *Novarien., et Cuman., ac Papien. ep.is*, mand. ut Carbonem, abb. monast. s. Petri de Laudeveteri, O. S. B., Lauden. di., citare curent ut apost. conspectui personaliter se præsentet; attento quod Martinus, abb. monast. s. Justi Secusien., dicti ord., Taurinen. di., visitator monasteriorum Mon. Nigror. in Mediolanen., Januen., et Pisan. provinciis per provinciale capit. deputatus, dictum Carbonem reperiit tantum in litteratura pati defectum, ut omnino nihil legere scivit, et cum in possessione dicti monast. s. Petri per septennium fuisset, nullum sacrum ord. receperat. (*A.* 53, f. 125; *V.* 127, n. 279.)

23 sept. (IX kal. oct.)

7477. — *Petrus Bertini*, præcent. eccl. s. Felicis Gerunden., deputatur cum consueto stipendio 50 flor. auri receptor emolumentorum curiæ nob. Berengarii Cotarelli, mil. Agathen., Rom. Curiæ marescalli, ad unum annum a fine ultimi anni quo alias deputatus extitit computandum. (*V.* 134, f. 93, n. 313; Daumet, n. 645.)

1 (kal.) *oct.* T. XIV.

7478. — *De Opatowitz, et Aulæ regiæ monast. abbatibus, Pragen. di., ac mag. Joanni, dicto Paduano, can. Olomucen.*, mand. ut sublato dilationis obstaculo ad monast. Montis Sion, Præmons. ord., Pragen. di., seu ad civit. Pragen. se personaliter conferentes, de alienationibus bonorum ipsius monast. inquirant et referant; instante Petro de Baurowicz, can. monast. Gradicen., dicti ord., plebano plebis de Alba ecclesia,

Datum *Avenione.*

Olomucen. di., ad abbatiam dicti monast. Montis Sion promoto. (*A.* 53, f. 126; *V.* 127, n. 280.)

1 (kal.) *oct.* T. XXX.

* **7479.** — *Archiep.o Toletan., et Conchen., ac Giennen. ep.is,* mand. ut XIII electores, qui Velascum Lupi, magistrum ord. Militiæ s. Jacobi elegerunt, et II priores, qui electionem ex consuetudine confirmarunt, ac Fernandum Roderici, et Alphonsum Menendi, per vim et metum Alphonsi regis Castellæ et Legionis electos, personaliter citare procurent, alios vero fratres præfati ord. per procuratores sufficienter instructos, mandatis et beneplacitis apost. humiliter parituros. (*A.* 53, f. 255; *V.* 127, n. 761; cf. n. 7440, 7457.)

Ut s. — T. XXX.

7480. — *Archiep.o Toletan., et Conchen., ac Giennen. ep.is,* mand. ut eidem Velasco Lupi pro singulis diebus, quamdiu lis super dicto magisterio duraverit, 4 flor. auri de Florentia de bonis prædicti ord. in Rom. curia ministrent. (*A.* 53, f. 256; *V.* 127, n. 762.)

Ut s. — Gr. pro Deo.

7481. — *Ep.o Xanctonen.,* mand. ut Philippum de Costa, priorem sæc. eccl. s. M. de Bosco prope Niortum, Pictavien. di., et alios procuratores Persoys de Chopes, tunc abbatissæ monast. s. Joannis de Bonavalle prope Toars, dictæ Pictavien. di., (qui ad priorat. s. Clementis, O. S. B., ejusd. di., cum multitudine armatorum, equitum et peditum hora tarda accedentes, ascendentes per muros, eumdem priorat. violenter invaserunt, Petronillam Chamalhardæ, de Terraforti, priorissam contra justitiam ceperunt, bonaque omnia, pecunias, aurum, argentum, vasa argentea, blada, vina, pannos, oves, porcos et alia nequiter acceperunt et adsportari fecerunt, dictamque priorissam duxere captivam, verberando ipsam atrociter, ad monast. memoratum, et in compedibus ferreis per tres menses in loco vilissimo gartionibus custodiendam tenuerunt), excommunicatos publice nuntiet, et faciat ab omnibus arctius evitari, donec passam injuriam satisfecerint competenter, et ad Sed. Apost. venerint absolvendi. (*A.* 53, f. 130 v°; *V.* 127, n. 288.)

6 (II non.) *oct.* T. XVI, XVIII.

7482. — *Ad fut. rei mem.* Revocatur ad examen Sed. Ap. causa vertens inter decanum, et capit., ac singulares can. et ministros eccl. Parisien., ex una parte, et rectorem, ac Universitatem magistrorum et scholarium studii Parisien., ex altera, super eo quod præfati rector et universitas compellere satagunt prædictos can. et ministros ad solvendum tallias et collectas quæ studentibus in dicto studio pro tempore imponuntur. — In e. m. s. Victoris extra muros Parisien., et s. Maglorii Parisien. monast. abbatibus, ac officiali Parisien. (*A.* 53, f. 216; *V.* 127, n. 703; Denifle, *Chart. univ. Paris.,* 1026.)

7 (non.) *oct.*; Gr.

7483. — *Archiep.o Januen., et Bindo de Senis, præp. Colonien., ac Manueli de Flisco, can. Lincolnien., P. P. notariis,* mand. ut citent personaliter plures canonicos plebis s. M. Aretin., ac alios qui Monaldum Jacobi, de Aretio, in can. recipere noluerunt, et propterea diversas excom., suspensionis, et interdicti sententias solemniter publicatas per XXIV annos et amplius sustinuerunt. (*A.* 53, f. 276 v°; *V.* 127, n. 798.)

8 (VIII id.) *oct.* T. XII.

7484. — *Ad fut. rei mem.* Irrita decernitur collatio cellerariæ eccl. Tutellen., defuncto Guillelmo de Gordonio, vacantis, per Raimundum de Bellocastro, præp. de Navis, O. S. B., Tutellen. di., administratorem eccl. Tutellen., (post Arnaldi ep.i obitum), una cum dicto Guillelmo in spiritualibus et temporalibus per P. P. deputatum, facta favore Bertrandi de Bellocastro, ejusd. Raimundi nepotis, mon. et cantoris ejusd. eccl. Nam P. P. intentionis non fuit quod alter dictorum administratorum sine altero administrationem gerat. (*A.* 53, f. 214; *V.* 127, n. 700.)

11 (V id.) *oct.* T. XII.

7485. — *Ep.o Mantuan., et abb. monast. s. M. Vallisserenæ, ac præp. eccl. s. Donnini de Burgo, Parmen. di.,* mand. ut se informent et referant super eo quod nob. Aczo de

Datum *Avenione.*

Corrigia, civis Parmen., petit ut ipsi et hæredibus suis in perpet. feudum P. P. concedat quemdam montem situm in villa Casterignani, Parmen. di., « qui non extenditur per summitatem per dimidiam balistratam, » in quo idem Aczo pro defensione vassallorum suorum numero 800 et ultra, arcem construere desiderat. (*A.* 53, f. 131 v°; *V.* 127, n. 290.)

11 (v id.) *oct.* T. XVI.

7486. — *Eisdem* mand. ut se informent et referant super eo quod dictus Aczo de Corrigia petit licentiam permutandi cum Hugolino, ep.o Parmen., quasdam possessiones sitas in terra de Colurnio, Parmen. di., ad mensam episcop. spectantes, in qua terra castrum propriis sumptibus ædificavit. (*A.* 53, f. 131 v°; *V.* 127, n. 291.)

12 (iv id.) *oct.* T. XVI, XVI, XVI.

7487. — *Arnaldo Guillelmi de Albiaco,* mon. monast. Moisiacen., Clun. ord., Caturcen. di., administratori in temporalibus monast. Farfen. ad Rom. Eccl. nullo medio pert., O. S. B., Sabinen. di., mand. ut ad dictum monast. Farfen. sine dilationis obstaculo se personaliter conferens, castra Petræ, Scanduliæ, Ripasti, Genestræ, Montaroni, Faræ, Postmontis, Montispopuli, Buctiniani, Rochæ Taballestæ, Salisani, Fatuculi, Podii s. Laurentii, Caput Farfæ, Thoffiæ, Montis s. M., et Rochæ Sollanæ, ac cætera castra ad dictum monast. Farfen. pleno jure spect., quæ nonnullis potentibus et aliis personis illarum partium concessa, ab illis occupata dicuntur, ad manum P. P. ponat et custodiat: instantibus Joanne, abb., et Francisco de Urbeveteri, mon. dicti monast. — I. e. m. conv. et univ. vassallis ejusd. monast. (*A.* 53, f. 132 v°; *V.* 127, n. 293.)

14 (ii id.) *oct.* T. XVI.

7488. — *Abbati monast. s. Laurentii, et præp., ac Regali de Regalibus, can. Cesenaten.,* mand. ut citent personaliter Benedictum de Marabotinis, olim occupatorem monast. s. Anastasii, O. S. B., Feretran. di., qui laicali fultus potentia se eligi fecit in abb. monast. s. Gaudentii Ariminen., ad R. E. nullo medio pert., dicti ord., per obit. Henrici apud Sed. Ap. prævia generali reservat. vacantis. (*A.* 53, f. 219 v°; *V.* 127, n. 711.)

15 (id.) *oct.*; Gr.

7489. — Confirmatio pensionis annuæ 3,000 flor. auri a Joanne, abb. monast. Cistercii, Cabillonen. di., et cæteris definitoribus capit. generalis ord. Cist. *Guillelmo, ss. Quatuor Coronatorum pr. card.,* ad vitam assignatæ; cum insertione ejusd. assignationis, datæ apud Cistercium, anno 1339, tempore capituli generalis. — In e. m. archiep.o Ebredunen., et Avenionen., ac Nemausen. ep.is. (*A.* 53, f. 223 v°; *V.* 127, n. 717; 134, f. 98 v°, 99, n. 352, 353; Daumet, n. 654, 655.)

Ut s. — T. XX.

* **7490.** — *Ep.o Vercellen., et abb. monast. s. Stephani, ac cantori eccl. s. Eusebii Vercellen.,* mand. ut faciat justitiæ complementum Petro de Stria, cler. conjugato Iporien. di., contra Dominicum de Valexia, laicum Augusten. di., qui dictum cler. per di. Iporien. negotiantem cepit et summa 2,200 flor. auri aliisque rebus spoliavit, ac per mensem tenuit carceri mancipatum. (*A.* 53, f. 164; *V.* 127, n. 397.)

17 oct. (xvi kal. nov.) T. X.

7491. — *Ep.o s. Justæ,* mand. ut se informet et referat super eo quod Gundisalvus, archiep.us Calaritan. Guillelmum Jordani, rectorem eccl. s. s. Trinitatis et Mariæ de Bonaire, Calaritan. di., ad Sed. Apost., præviis pluribus appellationibus, accedentem, dicta sua eccl. privavit, et de facto contulit Castilioni Resta, oriundo de Castilione Impuriarum, Gerunden. di. (*A.* 53, f. 218 v°; *V.* 127, n. 708.)

26 oct. (vii kal. nov.); Gr.

* **7492.** — *Ep.o Cassinen.,* mand. ut Bartholomæum Plumbaten, de Cervario, laicum Cassinen. di., appellatione remota compellat ad reddendum rationem de omnibus per eum gestis vigore procurationis mag. Guillelmi de s. Victore, P. P. not. Damna enim a dicto Bartholomæo multifariam dicto notario illata ad valorem 12,000 flor. ascendunt, tam ratione fructuum beneficiorum quæ in insula Siciliæ possidebat, quam fructuum monast. s. Sebastiani Neapolitan., O. S. B., cui b. m. Raimundus, ep.us

Datum *Avenione*.

Pennen., frater ejusd. notarii, præsidebat, quam etiam ratione furti per quemdam civem Anconitan. commissi. (*A.* 53, f. 224; *V.* 127, n. 718.)

28 oct. (v kal. nov.) T. XX.

7493. — *S. M. de Rivopullo, et s. M. de Rosis monast. abb., Vicen. et Gerunden. di.*, mand. ut se informent et referant super venditione facienda per Berengarium, abb., et conv. monast. s. Petri de Bisulduno, ad R. E. nullo med. pertin., O. S. B., Gerunden. di., de quibusdam mansis et bordis, possessionibus et redditibus ejusd. monast. ad acquirendum castrum de Duobus Queriis, et locum de Crispiano, quæ bonis et honoribus dicti monast. sunt fere contigua et pro pretio 4,075 lib. barchin. venalia exponuntur. (*A.* 91, f. 543; *V.* 127, n. 634.)

30 oct. (?) (III ... nov.)

7494. — *S. Jacobi de Monteforti, et s. Joannis de Pratis monast. abbatibus, ac priori de Lehemo, Maclovien. di.*, mand. ut citent ad curiam decanum, capit., et canonicos Maclovien. eccl., ut, si velint, possint oppositionem legitimam ducere contra reductionem Maclovien. eccl., (quæ a Joanne XXII a regulari statu S. Aug. ad sæcularem statum portata fuerat) ad pristinum statum regularem; nedum enim hæc mutatio eidem eccl. profuerit, imo damnosa multipliciter et inoportuna extitit; instante ep.o Maclovien. (*A.* 91, f. 541; *V.* 127, n. 632; cf. n. 8160.)

31 oct. (II kal. nov.) T. XVI.

7495. — *Ep.us Anagnin.*, adjungitur abb. monast. Fontislaurenti, Floren. ord., Tropen. di., uti visitator abb. et conv. monast. s. M. de Gloria prope Anagniam, Floren. ord. (*A.* 91, f. 541; *V.* 127, n. 631.)

Ut s. — T. XX.

* **7496.** — *Præp. s. Petri Argentin., et scholast. Tullen., ac cantori Verden., Constantien. di.*, mand. ut injungant Joanni de Ravensburg, ministro provinciali provinciæ superioris Alamanniæ, ord. Min., et conv. domus in Tanne, ejusd. ord., Basilien. di., ut interdictum observent; et ut Hertwigum, advocatum, et quosdam alios sacrilegos, qui Burkardum de Warembach, can. s. Amarini, Basilien. di., et mag. Henricum Schoerlin, rectorem eccl. in Huguswirl, Argentinen. di., ceperunt et carceri manciparunt, ad divina officia in eorum ecclesiis non admittant. (*A.* 91, f. 544; *V.* 127, n. 636; cf. n. 7408; Eubel, *Bull. Francisc.* VI, n. 118.)

Ut s. — T. XII.

* **7497.** — *Ep.o et off. Vauren.*, mand. ut de negotio Joannis Magfredi Junioris, cler. Castren., de quodam homicidio accusati se ulterius non intromittant, sed ipsum Joannem una cum processu in curia eorum Vauren. habito ad examen Joannis, ep.i Castren., transmittere non postponant. (*A.* 91, f. 574 v°; *V.* 127, n. 689; cf. n. 5023.)

4 (II non.) *nov.*

* **7498.** — *Cassinen., et Aversan., ac Anagnin. ep.is*, mand. ut nobilibus Paulo de Comite et Roberto de Supino, qui terras regni Siciliæ, prætextu guerræ contra Nicolaum, comitem Fundorum, violatis treugis, ducendæ, cum armata gente hostiliter invaserunt et damna fere ad valorem 12,000 unciarum auri, ex succisione arborum fructiferorum, dictis terris intulerunt, et eorum complicibus, ac sequacibus, præsertim universitati Terracinen., qui invasoribus transitum præstiterunt, mandent ut de dicta terra exeant, alioquin ipsos pœnas, in processibus a Clemente V et Joanne XXII contra invadentes regnum Siciliæ prolatas, incurrisse declarent. (*A.* 91, f. 545; *V.* 127, n. 637.)

10 (IV id.) *nov.* T. XII.

7499. — *Archiep.o Bisuntin., et abb. monast. s. Pauli, ac cantori Bisuntin.*, mand. ut citent ad curiam Arnulphum, olim abb. monast. Cariloci, Bisuntin. di., ord. Cist., bonorum hujus monast. dilapidatorem, pluribus criminibus irretitum, et contumacem; instante abb. monast. Cistercien., Cabillonen. di. (*A.* 91, f. 548 v°; *V.* 127, n. 642.)

Ut s. — T. XVI.

7500. — *Ep.o Gebennen., et abb. monast. s. Mauritii Agaunen., Sedunen. di., ac sacristæ Sedunen.*, mand. ut compellant quosdam usurarios in Sedunen., Lausanen., et Gebennen. civit. morantes ad relaxandum juramenta præstita, et ut sint sua sorte contenti,

Datum *Avenione.*

et ut fidejussores datos a quond. Joanne de Turre, mil., dom. Castellionis in Valesio, Sedunen. di., et Petro ejus filio, a dictis fidejussionibus absolvant. (*A.* 91, f. 555; *V.* 127, n. 652.)

24 nov. (VIII kal. dec.) T. XIV.

7501. — *Abbatibus de Opatowicz, et Aulæregiæ, Pragen. di., ac Joanni Paduan., can. Olomucen., Pragæ moranti,* mand. ut informat. faciant super eo quod Henricus, dictus Czalta, can. monast. Milocen., Præmons. Ord., Pragen. di., qui se gerit pro abb. monast. Luchomislen., ord. et di. prædictorum, alienavit, obligavit, et titulo pignoris tradidit jurisdictiones, villas, grangias, stagna, molendina, macella carnium, curias, pascua, prata, piscinas, et rubeta ad dictum monast. Luchomislen. spect.; mand. etiam eis ut examen faciant allegationum ab eodem Henrico pro sua defensione factarum, inter quas notatur quod ipse a dicto monast. per Hildegerum, elect. monast. Montis Sion, fuerat ejectus; qui quidem Hildegerus se in dicto monast. intruserat. (*A.* 53, f. 227; *V.* 127, n. 721.)

28 nov. (IV kal. dec.) T. XXX.

* **7502.** — *Ad perp. rei mem.* Annotatio litterarum Honorii IV, (dat. Romæ apud s. Sabinam kal. feb. an. primo) circa studium Parisien., et causam vertentem inter quond. mag. Philippum de Thoriaco, Parisien. cancellarium, ex parte una, et universitatem Parisien. ex altera, propter quam ad Sed. Apost. idem cancellarius et ejusd. universitatis procurator accesserant. (*A.* 53, f. 239 v°; *V.* 127, n. 741; Denifle, *Chart. univ. Paris,* 1030.)

2 (IV non.) *dec.* T. XVIII.

7503. — *Durando, abb. monast. de Bolbona, Cist. ord., Mirapiscen. di.,* mand. ut secrete se studeat informare super eo quod Guillelmus de Mosseto, alias dictus Spurius de Mosseto, cler. Riven. di., Raymundus Fenol, Arnaldus Gifre, Bernardus Aynerii, ac Bertrandus de Causaco, monachi dicti monast., ut possent clandestine alchimiam exercere, quamdam imaginem ceream quæ loqueretur et baptizaretur, et cum acubus pungeretur, emerunt, et super altare s. Catharinæ posuerunt, dicentes dictam imaginem sibi esse necessariam ad reperiendum infinitum thesaurum incantatum absconsum in quodam monte incantato prope villam de Limoso, cujus custodiæ quædam mulier similiter incantata fuerat deputata; et providere procuret ut dicti monachi non possint fugere; et libros, scripturas, et res ipsorum, inter quas sunt novem acus cum quibus dicta imago pungi debebat, capiat et custodiat diligenter, ac referat. (*A.* 53, f. 253 v°; *V.* 127, n. 758; cf. n. 8183; Vidal, *Moines Alchimistes,* etc., dans *Bulletin de la Société ariégeoise des lettres,* etc., t. IX, p. 138.)

Ut s. — T. XVIII.

7504. — *Archiep.o Beneventan., et Cassinen., ac Cervien. ep.is,* mand. ut prævia informatione restitui faciant corpus quond. Petri Raimundi de Penna, fratris Hospitalis s. Joannis Hierosolymitani prioratus Capuani, ab universitate clericorum et laicorum civit. Boianen., eidem Hospitali in temporalibus subjecta, (qui domos ipsius Hospitalis in dicta civit. consistentes hostili more invaserunt) proditionaliter et inhumaniter interfecti, spoliati, atque capite, manibus, et pedibus aliisque membris omnibus mutilati, aliasque multipliciter flagellati, et occultati; dictamque universitatem appellatione postposita compellant ad reficiendum domos quas incendio concremarunt, et ad præstandum satisfactionem pro damnis quæ fecerunt, vineas, et arbores fructiferos, aliasque ipsius Hospitalis incidendo; et pecunias, bladum, et alia bona, seseque moventia nequiter asportando; præterea illos quos prædicti Petri occisionis et mutilationis invenerint patratores, tamdiu excommunicatos publice nuntient donec satisfecerint competenter. (*A.* 53, f. 238; *V.* 127, n. 739.)

Ut s. — T. XVIII.

7505. — *Gaufrido de Vairolis, cancellario, et Raimundo de Casetis, ac Ademaro Rogerii, canonicis Caturcen.,* mand. ut priorem et fratres conv. ord. Præd. Caturcen., hic singillatim nominatos, citare curent, ut ad proximum consistorium personaliter in

Datum *Avenione.*

Rom. curia compareant, coram P. P. responsuri, super eo quod impetuose cum baculis plumbatis et aliis armorum generibus atrociter verberarunt et quasi lethaliter vulnerarunt capellanos et clericos paroch. eccl. s. Ursicini Caturcen., qui corpus Joannis de Cabasaco, eorum parochiani, publice excommunicati et absolutione non obtenta interfecti in loco profano ejusd. paroch. eccl. deferebant; instante Bernardo, ep.o Caturcen. (*A.* 53, f. 251; *V.* 127, n. 754.)

4 (II non.) *dec.* T. XVI.

7506. — *Archid. et cantori eccl. Redonen., ac officiali Redonen.*, mand. ut ad monast. s. Salvatoris Rothonen., ad Rom. Eccl. nullo medio pert., O. S. B., Veneten. di., accedentes, solemniter publicare procurent relaxationem juramenti per priorem claustralem et conv. dicti monast. præstiti, ut contra electionem Joannis, abb. monast. de Calma, dicti ord., Nanneten. di., ad abbatiam præfati monast. s. Salvatoris perpetuo non venirent; attento quod hujusmodi juramenta suspicione non carent temeraria. (*A.* 53, f. 229; *V.* 127, n. 726.)

5 (non.) *dec.* T. XII.

7507. — Reservatio canon. et præb. eccl. de Insula, Tolosan. di., per cessum vel decessum Arnaldi de Tilio vacat. a Joanne XXII facta, perinde valere debet ac si litteræ desuper factæ et bullatæ fuissent. (*A.* 53, f. 236; *V.* 127, n. 735.)

10 (IV id.) *dec.* T. XX.

7508. — Pro *Bernardo de Montevalrano*, cancellario eccl. Turonen., transumptum litteræ Joannis XXII circa collationem canon., præb. et cancellariæ eccl. Turonen., VII id. oct. an. XIII° hujus pontificis, eidem factam. (*A.* 91, f. 379; *V.* 127, n. 807.)

28 dec. (V kal. jan.) T. XVI.

* **7509.** — *Ep.o Glasguen.*, mand. ut fructus et proventus præb. de Arch in eccl. Glasguen. sequestrare et custodire procuret, pendente causa in Rom. curia per appellationem Joannis More; instantibus eodem Joanne, ac Davide rege Scotiæ, ejusd. præb. patrono. (*A.* 53, f. 260 v°; *V.* 127, n. 771; Bliss, II, p. 546.)

4 (II non.) *jan. 1340.* T. XVI.

7510. — *Ep.o Magalonen.*, mand. ut a Petro, abb. monast. Vallismagnæ, Cist. ord., suæ di., nomine Rom. Eccl. fidelitatis recipiat juramentum. (*A.* 91, f. 569 v°; *V.* 127, n. 678.)

5 (non.) *jan.* Gr. pro card.

7511. — *Archiep.o Sypontin., et ep.o s. Agathæ, ac abb. monast. s. Benedicti de Manfredonia, Sypontin. di.*, mand. ut Mathæo, ep.o Sabinen., contra Lallum, quond. Odorisii de Ringiano, Ritium de Ringiano, et quosdam alios dicti castri de Ringiano, qui quond. Nicolaum Bartholomucii, de Vicovario, domicellum, et procuratorem dicti ep.i in Apulia occiderunt, et pecuniam quam secum deferebat disrobarunt, faciant justitiæ complementum. (*A.* 91, f. 564 v°; *V.* 127, n. 676.)

Datum *Avenione.*

BENEDICTI XII

LITTERÆ DE CURIA

ANNI V (1339)

18 feb. 1339. (XII kal. mart.)

* **7512.** — *Florentin.; et Auximan. di. ep.is, ac Cagnardo, sacristæ eccl. Convenarum, rectori Marchiæ Anconitan.*, mand. ut iniquæ sententiæ, latæ per Laurentium de Mondayno, ord. Min., inquisitorem hær. prav., favore Lippatii et Andreæ fratrum, militum Auximan., cassationem factam per Gotium, tunc patriarcham Constantinopolitan., et Bertrandum, tunc Ebredunen. archiep.um, nunc cardinales, publicent in Marchia Anconitana, ac aliis locis de quibus eis videbitur expedire. (*V.* 127, n. 1, *de cur.*, cf. n. 5148, 5149, 7405.)

6 (II non.) *mart.*

7513. — *Mistralis et capit. Viennen.*, citantur ut infra decem dies per se vel alium in Rom. curia compareant, ratione litis inter ipsos et archiep.um Viennen. existentis. (*V.* 127, n. 2 *de cur.*; Daumet, n. 576.)

15 (id.) *mart.*

7514. — *Archiep.o Aquen., ac Massilien. et Alben. ep.is*, mand. ut ad collectionem decimæ ad unum annum regi Roberto concessæ ad defensionem regni Siciliæ, in Provinciæ et Forcalquerii comitatibus procedant juxta directarum eis continentiam litterarum, et sequentis declarationis tenorem : scilicet quod prædicta decima colligi debet in locis a flumine Rhodani ad Alpes Lombardiæ consistentibus, qui ab eodem rege movent. (*V.* 127, n. 3 *de cur.*; cf. n. 7296-7300, 7419; Daumet, n. 581.)

1 (kal.) *apr.*

7515. — *Ep.o Cassinen.*, mand. ut post receptionem præsentium statim reservationem eccl. Aquinaten., per obit. Leonardi ep.i vacantis, (III kal. jan. prox. præt. factam) deducere studeat ad notitiam capit. ejusd. eccl. (*A.* 53, f. 283 v°; *V.* 127, n. 15 *de cur.*)

13 (id.) *apr.*

7516. — *Joanni, ep.o Avenion., et Joanni de Arpadella, archid. Briæ in eccl. Parisien., Apost. Sed. nuntiis*, facultas datur distribuendi inter ecclesias, monast., hospitalia, domos et alia loca ecclesiast. Dalphinatus Viennen., et exigendi ab archiep.is, ep.is, electis, abbatibus, capit. et conv. exemptis et non exemptis, necnon magistris et præceptoribus Hospitalis s. Joannis Hierosolymitani, et B. M. Theutonicorum et aliorum hospitalium sive domorum in eodem Dalphinatu consistentium decem flor. auri pro expensis necessariis singulis diebus, toto tempore quo in prosecutione negotii ipsis commissi extiterunt et etiam pro futuro erunt. (*A.* 53, f. 283; *V.* 127, n. 14, *de cur.*; Daumet, n. 587.)

25 apr. (VII kal. maii.)

7517. — *Archiep.is, cæterisque prælatis, ac personis ecclesiasticis*, mand. ut Raimundo, abb. monast. de Pinna, Oscen. di., ac Petro Fabri, archid. Caturcen., Apost. Sed. ad comitatum et terras Aymonis, comitis Sabaudiæ, nuntiis, per partes eorum transi-

Datum *Avenione.*

tum facientibus singulis diebus assignent certam pecuniæ quantitatem. (*A.* 99, f. 324 (frag.); *V.* 127, n. 4 *de cur.*)

25 apr. (VII kal. maii.) **7518.** — Prædictis *Raymundo et mag. Petro, nuntiis,* datur facultas recipiendi a memoratis personis ecclesiasticis, ipse abbas, quinque, et dictus archid. tres flor. auri singulis diebus. (*A.* 53, f. 283 v°; *V.* 127, n. 16 *de cur.*)

15 (id.) *maii.* **7519.** — *Ad perp. rei mem.* Constitutio super reformatione religionis Canonicorum regularium s. Augustini. « Ad decorem ecclesiæ sponsæ Dei. » (*A.* 91, f. 318, 321, 322 (frag.); *V.* 127, n. 13 *de cur.*; *Bull. Rom.* III, II, p. 264; Labbe-Mansi, *Concil.*)

2 (IV non.) *jun.* **7520.** — *Ad fut. rei mem.* Eccl. et monasteria infra terras Rom. Eccl. subjectas consistentia ad biennium reservantur. (*A.* 91, f. 343 v° (frag.); *V.* 127, n. 24, *de cur.*)

3 (III non.) *jun.* **7521.** — Securus conductus pro solemnibus nuntiis a Ludovico de Bavaria ad P. P. et Apost. Sed. pro negotio reconciliationis suæ destinandis, dummodo ipsi nuntii et famil. eorum LX personarum numerum non excedant, nec sint de hæresi condemnati. (*A.* 53, f. 284; *V.* 127, n. 17 *de cur.*; cf. n. 7541; Riezler, n. 2035.)

13 (id.) *jun.* * **7522.** — *Philippo, ep.o Sedunen.,* mand. ut ad bastidam vocatam de Lempnas, quam Humbertus, dalphinus Viennen., in mandamento s. Andreæ de Briordo, Lugdunen. di., construi fecit, statim se personaliter conferat et prædictam bastidam ac aliam novam in mandamento Bellæcombæ per Aymonem, comitem Sabaudiæ, constructam ad manum P. P. recipiat et conservet, ac, informatione recepta, rescribat. Pontifex enim limitationem territorii hujus perficere desiderat; nam iidem comes et dalphinus pacem ad invicem inientes submiserunt se dispositioni et omnimodæ voluntati ejusdem P. P. vel alterius quem ad hoc specialiter mitteret; super quo præfatus ep.us, tunc archid. Ganden. in eccl. Tornacen., P. P. cap., ad partes illas destinatus nonnulla loca contentiosa limitaverat, aliqua dubia et obscura non limitata dimittendo. (*A.* 53, f. 284 v°; *V.* 127, n. 19 *de cur.*; cf. n. 5154, 5155, 7526; Daumet, n. 607.)

22 jun. (X kal. jul.) **7523.** — *Archiep.is, ep.is, et aliis prælatis, ac personis ecclesiasticis, religiosis, et secularibus, etc.* mand. ut Philippum, ep.um Sedunen., prædictum, cum transitum fecerit et moram traxerit benigne recipientes, eidem singulis diebus sex flor. auri pro expensis suis liberaliter assignent. (*A.* 53, f. 284; *V.* 127, n. 18 *de cur.*; Daumet, n. 609.)

1 (kal.) *jul.* **7524.** — *Abbatibus monast. s. Ægidii de Publicomonte prope Leodium, et in Gruczelinghen extra muros Constantien.,* mand. ut in Colonien., Maguntin. et Treveren. provinciis, quæ quoad celebrandum provinciale capit. pro una statuuntur reputari, monast. seu alium locum idoneum eligant, ad quod abbates et priores convocent pro capit. celebrando, in quo quidem capit. publicent et legi faciant ordinationes et statuta apost., super statu religionis Canonicor. regularium pridem facta. (n. 7519.) — In e. m. *s. Victoris extra muros Parisien., et s. Dionysii Remen. monast. abb.* (Daumet, n. 611.) — *Abb. monast. Omnium ss. Andegaven., et priori eccl. Sagien.* (Daumet, n. 612.) — *De Corona et de Stirpo monast. abb., Engolismen. ac Lemovicen. di.* (Daumet, n. 613.) — *Abb. monast. de Yeddeword, Glasguen. di., ac priori eccl. s. Andreæ.* — *Abb. de Tornecheyn, ac priori de Kirckin, Lincolnien. et Eboracen. di.* — *Monast. s. Mauritii in Halis, Magdeburgen. di., ac eccl. Salzeburgen. præpositis.* — *Priori s. M. Novæ de Urbe, ac archipr. eccl. Perusin.* — *Abb. Mablen., et priori s. Thomæ Martyris prope Botoniam, Dunen. et Clonen. di.* — *S. Ruffi extra muros Valentin., et Crutiaci, Sistaricen., di., monast. abb.* (Daumet, n. 614.) — *Monast. s. Irenei Lugdunen., et eccl. Tarentasien. prioribus.* (Daumet, n. 615.) — *De Fuxo et de Quadraginta, Appamiarum et Biterren. di., monast. abb., ac præp. Uticen.* (Daumet, n. 616.) — *Abb. monast. s. Isidori Legionen., et priori s. Crucis Colimbrien.* — *De Monte Aragonum, et s. Joannis de Abbatissis, Oscen. et Vicen. di.,*

Datum *Avenione*.

monast. abb. — *Abb. s. Petri in Cœlo Aureo Papien., et priori s. Georgii de Ferralola prope Ferrariam.* (*A.* 53, f. 282; et f. 91, t. 316, 317; *V.* 127, n. 11, 12 *de cur.*; Riezler, n. 2048; Bliss, II, p. 545.)

1 (kal.) *jul.* **7525.** — *Rectori universitatis, ac eidem universitati magistrorum et scholarium studii Parisien.*, mand. ut apost. privilegia originalia, dudum eis concessa, et litteras apost. super conservatione ipsorum privilegiorum concessas, infra certum terminum apud Sed. Apost. destinare procurent; attento quod prætextu dict. privilegiorum quorum tenor in curia deficit, multi a magistris et scholaribus dicti studii, necnon a vicesgerentibus conservatoris privilegiorum multum molestantur. (*A.* 91, f. 324; *V.* 127, n. 5 *de cur.*; cf. n. 7580; Denifle, *Chart.*, n. 1021.)

18 jul. (xv kal. aug.) **7526.** — *Philippo, ep.o Sedunen.*, mand. ut certa loca super quibus inter Humbertum, dalphinum Viennen., ac Aymonem, comitem Sabaudiæ, est exorta discordia ad manum apost. recipiat et reservet, juxta continentiam apost. litterarum dudum ipsimet directarum, in quibus tamen quidam error corrigitur. (*A.* 91, f. 326 (fragm.) *V.* 127, n. 9 *de cur.*; cf. n. 7522.)

21 jul. (xii kal. aug.) **7527.** — *Joanni, ep.o Anagnino, apost. in Urbe vicario, ac Petro Laurentii, basil. Principis Apost. altarario*, mand. ut super incarceratione Mathæi de filiis Ursi, mil., ac aliis excessibus per populum Romanum contra senatores Urbis commissis plenarie se informent et referant. (*A.* 91, f. 325 (fragm.); *V.* 127, n. 6 *de cur.*; cf. n. 7546-7550.)

Ut s. **7528.** — *Joanni, ep.o Anagnino*, mand. ut populum Romanum requirat ut dictum Mathæum mil. de carcere relaxent. (*A.* 91, f. 325 v°; *V.* 127, n. 7 *de cur.*)

Ut s. **7529.** — *Populo Romano* scribitur super carceris relaxatione prædicta. (*A.* 91, f. 326 (frag.); *V.* 127, n. 8 *de cur.*; Theiner, *Cod. dipl.*, t. II, p. 59.)

27 aug. (vi kal. sept.) * **7530.** — *Aquilejen. et Graden. patriarchis, ac eorum suffraganeis*, mand. ut præsentes litteras processus factos contra populum et commune Bononien. continentes in ecclesiis eorum et locis aliis, prout eis videbitur, publicent et faciant publicari. (*A.* 91, f. 327 (frag.); *V.* 127, n. 10 *de cur.*)

1 (kal.) *sept.* T. CCC. * **7531.** — *Ad fut. rei mem.* Relaxatio omnium et singulorum processuum et sententiarum auct. apost. factorum et latarum contra civit. Parmen., ac communia districtus et comitatus civit. ejusdem, propter præstitum favorem et auxilium Ludovico de Bavaria; attento quod Guillelmus de Pastrengo, de Verona, jurisper., eorum syndicus, actor, et nuntius, in virtute juramenti syndicario nomine præstiti, promisit stare Rom. Eccl. mandatis, et absolute, libere et præcise P. P. parere. (*A.* 53, f. 289; *V.* 127, n. 34 *de cur.*; Riezler, n. 2051.)

Ut s. — T. XX. **7532.** — *S. Joannis Parmen., et de Bersillo, Parmen. di., monast. abbatibus, ac archipr. eccl. Parmen.*, mand. ut solemniter publicent relaxationem interdicti cui eadem civitas ejusque comitatus propter receptationem Ludovici de Bavaria, et propter alios excessus auctoritate apost. et Bertrandi, ep.i Ostien., P. P. legati, supposita erant. (*A.* 53, f. 301; *V.* 127, n. 27 *de cur.*)

Ut s. — T. D. **7533.** — Absolutio ab excommunicationum sententiis per nobiles *Albertum et Mastinum de La Scala, fratres, capitaneos et gubernatores civit. Veronen., Parmen., et Vicentin., nec non castrorum, villarum, territoriorum, districtuum et comitatuum earumdem* incursis, ex eo quod postquam quond. Canis Grandis de La Scala, eorum patruus, contra processus Sed. Apost., tam Mediolanensibus tunc in rebellione S. R. E. persistentibus, quam aliis rebellibus præstitit auxilium, et Ludovico de Bavaria Italiam invadenti et in civit. Tridentina existenti obviam ivit, ipsi Albertus et Mastinus, tempore quo exercitus Bononiensium erat circa civit. Ferrarien. in obsidione civit. ejusd., certam equitum et peditum quantitatem in subsidium marchionum Esten.,

Datum *Avenione.*

tunc præsidentium dictæ civitati Ferrarien. miserunt. Relaxatur interdictum et restitutio declaratur in integrum; nam ipsi Albertus et Mastinus, ad P. P. præsentiam, propter multorum capitalium inimicorum insidias personaliter se conferre non valentes, Guillelmum de Pastrengo, de Verona, et Guillelmum de Arimondis, de Parma, procuratores et nuntios suos destinarunt, ac per eos omnia humiliter confessi fuerunt, et promiserunt parere mandatis Eccl. (*A.* 53, f. 289 v°; *V.* 127, n. 35 *de cur.*; cf. n. 7612, Riezler, n. 2052.)

1 (kal.) *sept.* T. L.

7534. — Acceptatio promissionum per dictos procuratores factarum : scilicet quod si forte, P. P. vel quivis successor ejus ad civitates et castra prædicta venerit, ipsi Albertus et Mastinus eumdem P. P. cum curia sua reverenter recipient et honorifice tractabunt, quamdiu in eis commorari voluerit, et interim ab omni jurisdictione et administratione cessabunt, per officiales P. P. exercendis. (*A.* 53, f. 290 v°; *V.* 127, n. 36 *de cur.*)

Ut s. — T. DCC.

* **7535.** — *Nob. Albertus et Mastinus de La Scala, fratres,* constituuntur vicarii P. P. et S. R. E. in Veronen., Parmen. et Vicentin civit., ac castris, villis, territoriis, districtibus et comitatibus earumdem, usque ad decem annos, Imperii tamen vacatione durante. Ipsi enim promiserunt eidem P. P. solvere pensionem 5,000 flor. auri et exhibere 200 equites et 300 pedites armatos, in Lombardia, Marchia Anconitana, et provincia Romandiolæ, ac civitatibus Bononien., Ferrarien., ac districtibus earumdem servituros; cum insertione instrumenti prædictas promissiones et multa alia fuse narrata continentis. (*A.* 53, f. 303; *V.* 127, n. 30 *de cur.*; cf. n. 7616; Raynaldi, an. 1339, n. LXII.)

Ut s. — T. CCCC.

7536. — Concessio in perp. feudum (sub annuo censu unius marchæ auri, in festo b. b. Apost. Petri et Pauli annis singulis P. P. persolvendæ) villarum de Magnano et de Capraria, cum omnibus terris, possessionibus et pertinentiis, juribus et proventibus earumdem, ad dictos Albertum et Mastinum de La Scala pro indiviso legitime pert., et per eosdem P. P. donatarum, facta favore ipsorum Alberti et Mastini, ac hæredum et successorum suorum. Conditio tamen ponitur quod infra festum Nativitatis Domini prox. vent., semel, et quilibet dictorum hæredum semel in vita sua post exactum ætatis suæ annum XIV et adeptam possessionem hujusmodi feudi facient ligium, homagium et vassallagium, et præstabunt fidelitatis debitæ juramentum. Scribuntur forma prædicti juramenti et tenor instrumenti donationis præfatorum castrorum P. P. factæ. (*A.* 53, f. 291 v°; *V.* 127, n. 37 *de cur*; cf. n. 7612-7614.)

Ut s. — T. XX.

7537. — *S. Trinitatis, et s. M. in Organis monast. abbatibus, ac archipr. Veronen.,* mand. ut solemniter publicent absolutionem nob. Alberti et Mastini de La Scala, fratrum, P. P. et S. R. E. vicariorum in Veronen., Parmen., et Vicentin. civit., ac comitatibus earumdem, ad devotionem ejusd. Eccl. reversorum, et ejus gratiam assecutorum. (*A.* 53, f. 301; *V.* 127, n. 26 *de cur.*)

12 (II id.) *sept.*

7538. — *Archiep.is, et cæteris prælatis, ac personis ecclesiast.* infra terras comitatus Sabaudiæ et dalphinatus Viennen. constitutis, mand. ut Philippo, ep.o Sedunen., Ap. Sed. nuntio, securum conductum præbeant et sex flor. auri singulis diebus assignare procurent. (*A.* 91, f. 336 v° (frag.); *V.* 127, n. 20 *de cur.*; cf. n. 7522, 7523.)

22 sept. (X kal. oct.) T. L.

7539. — *Ad perp. rei mem.* Conceditur in civit. Veronen. in juribus can. et civ., in medic. et art. esse perpetuum Studium generale. (*A.* 53, f. 301 v°; *V.* 127, n. 28 *de cur.*)

Ut s. — T. CC.

7540. — *Ep.o Mantuano,* mand ut nobiles Mastinum, fil. quond. Albuini de La Scala, et Albuinum, fil. quond. Canis Grandis de La Scala, cives Veronen., absolvat ab excom. sententia quam incurrerunt ex eo quod dum audissent quod b. m. Bar-

Datum *Avenione.*

tholomæus de La Scala, ep.us Veronen., tractabat cum Venetis et Florentinis, tunc ejusdem Mastini capitalibus inimicis, civitatem Veronen. de manibus præfati Mastini violenter eripere, ipsumque proditorie interficere, ac timentes ne perderent statum suum, ipsum ep.um Veronen. multis illatis vulneribus occiderunt. Eidem mand. quod eis injungat ut infra octo dies post absolutionem hujusmodi ab introitu ejusd. civit. Veronen., pedites, in tunica, sine caputio, supertunicali, ac alio quolibet cooperimento, capitibus discoopertis, incedant et vadant, ac ante se portari faciant 100 cerea tortitia accensa, quodlibet ponderis sex libr., et eorum quilibet unum accensum cereum dicti ponderis propria manu portet ad eccl. cathedralem, canonicis veniam petendo; et deinde infra medium annum unam imaginem argenteam B. M., ponderis xxx march., et x lampades de argento, quamlibet ponderis trium march, in dicta eccl. offerant, redditusque ei assignent pro oleo habendo; præterea sex capellanias dotent de xx flor. auri de Florentia annui et perp. redditus pro qualibet; xxiv pauperes reficiant et xx homines in equis armatos in Terræ Sanctæ subsidium mittere teneantur, quando fiet Passagium generale. (*A.* 53, f. 301 v°; *V.* 127, n. 29 *de cur.*; Raynaldi, an. 1339, n. lxvii.)

7 (non.) *oct.* **7541.** — Securus conductus ad quinque menses conceditur nonnullis principibus Alamanniæ, nuntiis Ludovici de Bavaria pro negotio reconciliationis suæ ad P. P. destinatis, dummodo catholici sint, et numerum lx non excedant. (*A.* 53, f. 285 v°; *V.* 127, n. 39 *de cur.*; Riezler, n. 2054; cf. n. 7521.)

23 oct. (x kal. nov.) * **7542.** — *Bernardus de Lacu, rector eccl. de Olonzaco, Sancti Pontii Thomeriarum di., leg. doct.*, mittitur nuntius ad civit. Veronen., ut requirat Albertum et Mastinum de La Scala ut omnia P. P. donata ratificent et omnia contenta in litteris confectis super constitutione vicariatus approbent. (*A.* 91, f. 337 (fragm.); *V.* 127, n. 21 *de cur.*; cf. n. 7617.)

Ut s. * **7543.** — *Eidem nuntio* mand. ut dictos nobiles requirat ut ipsi promissionem per eorum procuratores P. P. factam ratificent specifice et expresse. (*A.* 91, f. 338 v° (frag.); *V.* 127, n. 22 *de cur.*)

Ut s. **7544.** — *Eidem nuntio*, mand. ut dictos nobiles requirat ut omnia contenta in litteris ratificent specialiter et expresse, et de prædictis servandis ab eis recipiat juramentum. (*A.* 91, f. 340 (frag.); *V.* 127, n. 23 *de cur.*)

30 nov. (ii kal. dec.); Gr. **7545.** — *Ad pert. rei mem.* Consuetudines in ecclesiis infra regnum Franciæ constitutis observandæ, ut videlicet nullus in eis in can. admittatur nisi corporaliter præstiterit juramentum quod de legitimo matrim. sit procreatus, vel quod liberæ conditionis existat, vel quod procurator absentis can. non aliter nomine domini sui in can. admittatur, nisi speciale mand. habeat ad jurandum dictum dominum suum extra præfatum regnum existere, minime ad cardinales extendi debent. (*A.* 53, f. 268, 293 v° et 309; *V.* 127, n. 33, 38 *de cur.*; Daumet, n. 667.)

1 (kal.) *dec.* **7546.** — *Ad fut. rei mem.* Revocatio et cassatio omnium et singulorum per populum Urbis impetuosis et furibundis agressibus gestorum. Ipsi enim ejecerunt nobiles Mathæum de filiis Ursi, militem, et Petrum Agapiti de Columna, vice et commissione P. P. officium senatorum gerentes, locoque ipsorum nobiles Stephanum de Columna, militem, et Jordanum de filiis Ursi, P. P. irrequisito, posuerunt; posteaque xiii priores deputaverunt, unum scilicet pro qualibet regione Urbis, quorum unus vexillifer justitiæ, et alii capitanei nuncupantur. Pontifex recordatur quod iidem Romani dudum sponte præfatum P. P. in pleno parlamento uti senatorem, capitaneum et defensorem toto tempore vitæ suæ, sine conditione aliqua, cum mero et mixto imperio et cum omnibus salariis, muneribus, honoribus, beneficiis et officia-

Datum *Avenione.*

libus consuetis, et cum potestate ipsa officia exercendi per quoscumque officiales, et vicarios suos elegerunt et etiam constituerunt; quæ electio et constitutio, licet a principio eidem P. P. causas ingererent displicentiæ, fuerant tamen ab eo tranquillitatem Urbis affectante acceptatæ et æquo animo receptæ. (*A.* 53, f. 285 v°; *V.* 127, n. 40 *de cur.*; Theiner, *Cod. dipl.* t. II, p. 62; cf. n. 7527-7529.)

1 (kal.) *dec.* **7547.** — *Stephano de Columna, et Jordano de filiis Ursi præfatis,* mand. ut, sub pœna excom. ipso facto incurrendæ, regimen dictæ Urbis, quod improvide receperunt, obedienter dimittant omnino, dictum regimen permittentes libere geri et exerceri per Neapoleonem, priorem Hospitalis s. Joannis Hierosolymitani de Venetiis, Campaniæ Maritimæque rectorem, et Petrum Laurentii, altararium basil. Principis Apost. de Urbe. (*A.* 53, f. 286 v°; *V.* 127, n. 41 *de cur.*; Theiner, *op. cit.*, p. 64.)

Ut s. **7548.** — Præfatum officium senatoriæ, capitaneatus, syndicatus et defensoratus Urbis committitur prælibatis *Neapoleoni et Petro Laurentii.* Nonnulli enim cives Urbis, concitato tumultu populi, ad Capitolium furentibus animis accesserunt, et antedictum Mathæum de filiis Ursi (n. 7546), cui dictum off. fuerat usque ad unum annum jam elapsum per P. P. commissum, ceperunt, et pro voluntate eorum carceri mancipatum diutius tenuerunt. (*A.* 53, f. 287; *V.* 127, n. 42 *de cur.*)

Ut s. **7549.** — *Ad fut. rei mem.* Annullatio gabellarum quas populus Urbis absque licentia P. P. in eadem Urbe statuerunt ad solvendum stipendia quorumdam equitum quos tenere proponunt. (*A.* 53, f. 308; *V.* 127, n. 31 *de cur.*; Theiner, *Cod. dipl.*, t. II, p. 63; *Bull. Rom.* III, II, p. 287.)

Ut s. **7550.** — *Joanni, ep.o Anagnin., P. P. in Urbe vicario, ac Raimundo, Cassinen. ep.o,* mand. ut solemniter publicari faciant dictam annullationem gabellarum, necnon revocationem de qua superius mentio facta fuit (n. 7546). (*A.* 53, f. 308 v°; *V.* 127, n. 32 *de cur.*)

5 (non.) *dec.* **7551.** — *Ad fut. rei mem.* fertur excom. sententia in illos qui, ut beneficia obtineant, ad subeundum examen supponunt alios loco sui; et qui pro aliis examen subeunt supradictum privantur beneficiis quæ habent, et si non habent, redduntur inhabiles ad quæcumque in posterum beneficia obtinenda. (*A.* 91, f. 343 v° (fragm.); *V.* 127, n. 25 *de cur.*; *Bull. Rom.* III, II, p. 288.)

APPENDICES AD QUINTUM BULLARII BENEDICTI XII ANNUM

I

Instrumenta miscellanea Vaticana quæ in capsula anni 1339 reperiuntur.

Neapoli. *4 jan.*

7552. — Capituli Capuani appellatio ad Clementem V (*sic*) contra gravamina a collectore apostolico imposita occasione spolii Joannis, archiep.i Capuani. (Chart.)

Lemovicis. *15 jan.*

7553. — Fr. Petrus Arramut, prior de Bleciaco, ord. Fontisebraudi, Lemovicen. di., constituit quosdam procuratores ad comparendum coram Camerario Apost., et respondendum super occupatione prioratus de Combis, dictæ di., vacantis in curia. (Orig. perg.)

Apud *Beneventum.* *20 jan.*

7554. — Quittantia de solutis a Guillelmo de s. Paulo, thesaur. Beneventan., pro reparatione Castri novi Beneventani, aliorumque ædificiorum curiæ Beneventi. (Orig. perg. lacer.)

Apud *Florentiam.* *28 jan.*

7555. — Guillelmus Guilaberti, de Florentia, confitetur se recepisse dotem nob. Philippæ, filiæ nob. Guillelmi Cotarelli, domicelli, uxoris suæ. (Orig. perg. parv.)

Neapoli. *3 feb.*

7556. — Quittantia de expensis factis a Guillelmo de s. Paulo, collectore apost. in Sicilia, et conservatore bonorum monast. s. Petri ad Aram Neapolitan., pro curanda valetudine fratris Thomæ de Raymundis, can. dicti monast. (Orig. perg.)

Neapoli. *4 feb.*

7557. — Expensæ factæ a dicto Guillelmo de s. Paulo « pro lignamine, pro templando titulum ecclesiæ » dicti monast. s. Petri. (Orig. perg.)

Ut s.

7558. — Quittantia de expensis factis a Guil. de s. Paulo pro reparationibus dicti monast. (Orig. perg.)

In palatio Plebis S. Fortunati de Montefalcone. *12 feb.*

7559. — Quittantia Geraldi Malbec, de Caturco, cursoris, de receptis a thesaurario ducatus Spoletani pro mittendis ad curiam litteris continentibus statum provinciæ ac renovationem litterarum beneficiorum vacantium. (Orig. perg. parv.)

Apud *Beneventum.* *22 feb.*

7560. — Quittantia de solutis a Guillelmo de s. Paulo, collectore apost. in regno Siciliæ, et thesaurario Beneventano, pro ædificatione turris Castri novi Beneventani. (Orig. perg.)

Apud *Nemausum.* *feb.*

7561. — Acta per Bernardum Maelli, officialem Nemausen., de mandato Gasberti, Camerarii Apost., contra Persevallum et Nicolaum de Podio, Bartholomæum Telli, et Bandinellum Bonfigio, Nemausenses, qui quosdam mercatores deferentes merces ad Rom. curiam arrestaverunt. (Orig. perg.)

Avenione.
17 mart.

7562. — Terius, quond. Doni, cler. de Tignano, Florentin. di., constituit procuratores ad comparendum coram Rom. Cur. marescallo. (Perg. parv.)

26 mart.

7563. — Theobaldus, ep.us Castellaneten., vicarius Bitecten. in temporalibus pro Camera Apost., diversis personis pro servitiis præstitis solvit quasdam pecuniarum summas de bonis curiæ Bitecti Cameræ prædictæ pertinentibus. (Orig. chart. cum sigillo cer. rub.)

Avenione.
27 mart.

7564. — Stephanus de Pinu, abb. sæc. eccl. Dauraten., Lemovicen. di., auditor Cameræ Apost., mandat prælatis provinciæ Aquen. ut excommunicatos declarent communicantes cum Humberto, Dalphino Viennen., debitore Cameræ Apost. (Orig. perg.)

Apud *Montemfalconem.*
2 apr.

7565. — Quictantia Joannis de Amelio, commissarii apost. pro inquirendis privilegiis, regestis, libris, aliisque scripturis ad R. E. pertinentibus, existentibus in thesauro S. R. E. in ecclesia s. Francisci de Assisio, de receptis a thesaurario ducatus Spoletani pro sumptibus notariorum, pro pergamenis, aliisque necessariis ad præmissam commissionem exsequendam. (Orig. perg. parv.)

Apud *Montempessulanum.*
5 apr.

7566. — Consules et Universitas Montispessulani constituunt procuratores ad lites in Rom. Curia prosequendos. (Orig. perg.)

Actum in parlamento terræ Recanati.
6 apr.

7567. — Publicatio litt. Bened. XII quibus prohibetur communibus et baronibus Marchiæ Anconitan. ne ineant fœdera, societates etc., in perturbationem status, facta per Canhardum de Sabalhano, L. D., sacristam Convenarum, rectorem Marchiæ, in Parlamento dictæ provinciæ congregato in eccl. Præd. de Recanato. (Orig. perg.)

Avenione.
24 apr.

7568. — Gasberti, Arelaten. archiep.i, P. P. Camerarii, mand. ut peremptorie citentur Nicolaus de Gromesnillio et Guillelmus de Thonavilla, clerici scholares Parisien., in causa abusus privilegiorum Universitatis Parisien. (Perg. parv. lacer.)

26 apr., 17 jul., 5 nov., 20 dec.

7569. — Quictantiæ comestabilis et « berrueriorum » ducalis curiæ Spoletanæ, de eorum stipendiis. (Orig. perg. rotulus.)

Anagniæ.
2 maii.

7570. — Ordinationes factæ a communi Anagnino pro bono regimine dictæ civitatis; ubi notantur multa nomina nobilium et burgensium ipsius civit. (Orig. perg. grand.)

10 maii.

7571. — Mand. procuræ monast. monialium s. Benedicti de Cupersano, ord. Cist., in causa vertente inter dict. monast., ex parte una, et Rogerium quond. Mathæi Buccæ, ex altera, occasione cujusdam locationis vineæ sitæ in casali Castelli, factæ dicto Rogerio a prædicto monast. (Instr. orig. perg.)

Apud *Matisconem.*
13 maii.

7572. — Roberti de Sancto Andrea, officialis Matisconen., epistola ad Gasbertum, archiep.um Arelaten., P. P. Camerarium, de citatione facta contra Joannem Borserii, Valentinen., monetarium regis Franciæ, qui injuste vexabat quosdam Valentinenses super certis prætensis creditis. (Instr. perg.)

In Plebe S. Fortunati [Montisfalconis].
16 maii.

7573. — Quictantia stipendiariorum fortalitii plebis s. Fortunati et palatii novi de Montefalcone, de eorum salariis. (Orig. perg.)

In palatio communis Montisfalconis.
18 maii et 22 jun.

7574. — Quictantiæ Raimundi de Pojoliis, archid. Petragoricen., rectoris ducatus Spoletani, de salario suo. (Orig. perg. long.)

28 maii.

7575. — Citatio facta ab officiali Parisien., ad instantiam monast. Flavigniacen., O. S. B., Eduen. di., contra mag. Petrum de Lingonis, conservatorem privilegiorum Universitatis Parisien. et Alexandrum le Bornhe, qui per dictum conservatorem, prætextu dictorum privileg., liberatus fuerat a carceribus dicti abbatis. (Orig. perg.; cf. n. 3611, 3823.)

Apud *Aquileiam.* *6 jun.*

7576. — Instrum. quo Commune terræ Conegliani, subjectæ Romano Imperio, cujus est camera specialis, vacante Imperio se submittit gubernationi P. P. in manibus Bertrandi, patriarchæ Aquilejen. (Orig. perg.)

Datum *Avenione.* *13* (id.) *jun.* et *29 jun.* (III kal. jul.)

7577. — Transcriptum epistolæ Bened. XII ad Bertrandum, patriarcham Aquilejen., ut recipiat nomine S. R. E. castrum Conegliani, Ceneten. di., cujus dominium, vacante Imperio, ad dictam R. E. spectat; item, ut absolvat clerum dicti castri a censuris incursis ob adhæsionem Ludovico Bavaro et Martino, ac Alberto de la Scala. (Perg. long.; Riezler, n. 2041, 2045.)

Apud *Recanatum.* *18 jun.*

7578. — Sententia Guillelmi de Regio, judicis maleficiorum, et Canhardi de Sabalhano, rectoris Marchiæ Anconitanæ, contra commune, et Lipacium, ac Andream Gonzolini, Gonzolinum domini Andreæ, et Flandolinum domini Lippacii, nobiles de Auximo, rebelles S. R. E., qui invaserant terram Montis S. M. in Cassiano. (Orig. perg. in caps. an. 1340; cf. n. 7610.)

Datum *Avenione.* *19 jun.*

7579. — Isnardi de Podiolupperio, militis, dom. de Croscinhiis, vicarii Avenionen. pro Roberto rege, littera ad Berengarium Cotarelli, militem, P. P. et curiæ Rom. Marescallum, qua ipsum supplicat ut restitui faciat Joanni de Flisco, dicto « Cardinali de Janua, » can. Eboracen., familiari dicti regis, et ejus consortibus, arma quæ capitaneus dicti Marescalli ipsis abstulit. (Orig. chart. parv.)

Datum *Avenione.* *1* (kal.) *jul.*

7580. — Benedicti XII epist. ad rectorem et Universitatem studii Parisien., ut privilegia originalia dictæ Universitati concessa et litteras apostolicas pro conservatione ipsorum ad Sedem Apost. mittant examinanda, ut tollantur abusus. (Perg. orig.; Denifle, *Chart. univ. Paris*, 1021; cf. n. 7525.)

Neapoli. *8 jul.*

7581. — Locatio cujusdam apothecæ spectantis ad monast. s. Petri ad Aram, de Neapoli, factæ a Guillelmo de s. Paulo, collectore reddituum abbatiæ dicti monast. vacantis. (Orig. perg.)

Avenione. *9 jul.*

7582. — Instrum. mutui facti per Jacobum de Broa, thesaurarium P. P., Humberto, dalphino Viennen., comiti Albonis, dom. de Turre, et dominis Agonto de Baauio, militi, dom. de Brantolis et de Plasiano, Vapincen. di., ac Amblardo de Bellomonte, leg. doct., dom. ejusdem loci, Gratianopolitan. di., sub obligatione dictarum terrarum. (Perg. orig.)

Arelate. *16 jul.*

7583. — Præsentatio litt. Gasberti, Arelaten. archiep.i, facta capitulo Arelaten., quibus ipsis prohibetur ne ad provisionem eccl. s. Geraldi de Vitriola, Arelaten. di., procedant absque ejusd. archiep.i licentia. (Orig. perg.)

21 jul.

7584. — Citatur nomine Gasberti, archiep.i Arelaten., Camerarii Apost., Bartholomæus de Varey, qui impedierat quominus certa frumenti quantitas et aliæ res absque solutione pedagii transferrentur ad Curiam Rom., pro usu comitis Sabaudiæ aliorumque, quibus dictus Camerarius concesserat litteras liberi passus. (Orig. perg. lacer.)

In castro de Yriginiis(?). *12 aug.*

7585. — Joannes Ogerii, decanus Belnen., Sedis Ap. nuntius, requirit Guillelmum, archiep.um Lugdunen., ad reddendam rationem collectionis decimæ aliorumque jurium Cameræ apost. et spolii Petri de Sabaudia, olim Lugdunen. archiep.i. (Orig. perg.)

Apud *Beneventum.* *13 aug.*

7586. — Protestatio rectoris et thesaur. Beneventan. contra judices causæ vertentis inter ipsos, ex parte una, et Arnaldum, archiep.um Beneventan., ac capitulum ejusd. eccl., ex altera, super quibusdam juribus Cameræ Apost. (Orig. perg.)

Ut s.

7587. — Jacobi de Broa, archid. Lunacen. in eccl. Biterren., P. P. thesaurarii, quictantia de certa pecuniarum summa ex redditibus monast. s. Petri ad Aram

Neapolitan. recepta a Guillelmo de s. Paulo, collectore apost. (Orig. perg. parv.; cum sigillo cer. rub. pendente.)

Datum *Avenione.* *17 aug.* (XVI kal. sept.)

7588. — Bened. XII littera ad mag. Hugonem Augerii, can. Narbonen., rectorem Patrim. B. Petri, de informatione facienda pro locandis et concedendis in emphyteusim nemoribus castri Plaussani in Patrimonio, propter excessus Joannis Gratuccii de Bisentio et suorum, Cameræ Apost. confiscati, ad impedienda grassationes et homicidia in dictis nemoribus. (Orig. perg.)

Apud *Beneventum.* *3 sept.*

7589. — Litteræ Guillelmi de s. Paulo, collectoris apost., super informatione de beneficiis vacantibus, traduntur cursori, ut eas præsentet archiep.is, ep.is, et prælatis regni Siciliæ. (Orig. perg.)

8 sept.

7590. — Guillelmus Gasqui confitetur se debere Guillelmo de s. Paulo, collectori prædicto, pretium venditionis frumenti monast. s. Petri ad Aram Neapolitan. (Orig. chart. parv. cum sigil. rub.)

15 sept.

7591. — Processus factus per procurat. S. R. E. de mandato ejusdem Guillelmi de s. Paulo, contra Jacobum, ep.um Soran., qui carceribus mancipavit Joannem de Sora, officialem et commissarium S. R. E. (Orig. perg.)

Apud *Beneventum.* *16 sept.*

7592. — Guillelmus de s. Paulo deputat abbatem Andream de Montepulciano, Jacobum Malanoctis, Menlum de Montellis, Philippum de Conca, Thomam de Campania, uti procuratores suos in litibus contra eum et per eum motis ac movendis in regno Siciliæ et in curia Beneventana. (Orig. perg.)

19 sept.

7593. — Locatio bonorum eccl. s. Andreæ de Platea Beneventan. facta a dicto Guillelmo de s. Paulo. (Orig. perg.)

28 sept.

7594. — Restitutio facta Guillelmo, abb. s. Sophiæ Beneventanæ, de certa pecuniæ quantitate, olim a dicto abbate depositæ penes Guillelmum de s. Paulo, thesaur. Beneventan., pro expensis processus quem fecit dictus thesaur. contra eumdem abbatem. (Orig. perg.)

Apud Villamnovam S. Andreæ, *Avenionen. di.* *30 sept.*

7595. — Humbertus, dalphinus Viennen., comes Albonis, et dom. de Turre, confitetur se recepisse a thesaurario P. P. 15,000 flor. auri, et obligat has suas terras. — Confitetur etiam se habuisse et recepisse diversis vicibus a Camera P. P. 30,000 flor. auri, quos promisit solvere dictæ Cameræ. (Orig. perg.; cf. n. 8328.)

Neapoli. *5 oct.*

7596. — Quittantia Thomæ de Turri, notarii, de receptis pro confectione processus contra Guillelmum, abb. s. Sophiæ Beneventanæ, facti a Guillelmo de s. Paulo, collectore apost. in regno Siciliæ. (Orig. perg.)

Neapoli. *8 oct.*

7597. — Quittantia Dominici Bonciani, de solutis per Guillelmum de s. Paulo prædictum, pro reparatione monast. s. Petri ad Aram Neapolitani. (Orig. chart. parv., cum sigillo cer. rub., in lingua ital.)

Neapoli. *9 oct.*

7598. — Instrum. exhibitionis octo litterarum apost. et duarum litt. Joannis, Avenionen. ep.i, thesaurarii P. P., factæ judicibus Neapolitanis a Guillelmo de s. Paulo, super ejus commissionibus. (Orig. perg. grand.; cf. n. 7603.)

Neapoli. *11 oct.*

7599. — Instrum. assignationis processus facti contra Guillelmum, abb. s. Sophiæ, per Guillelmum de s. Paulo, ad Rom. curiam transmittendi. (Orig. perg.)

Datum *Avenione.* *12 oct.*

7600. — Gasbertus, archiep.us Arelaten., P. P. Camerarius, mandat Magalonen. et Parisien. officialibus, ac curatis, et capellanis Magalonen. et Parisien. civit. et di., ut mag. Coelestinum Sequerii, cler. conjugatum, de Montepessulano, excommunicent, eo quod citatus ad instantiam consulum Montispessulani super abusu privilegiorum Universitatis Parisien. comparere recusavit. (Perg. parv.; cf. n. 8351.)

Avenione. *19 oct.*

7601. — *Littera Bernardi, card. Ruthenen., ad nob. Guillelmum Furnerii, militem, nepotem dom. P. P.* — « Nobilis Domine, vestras litteras recepimus in quibus significas-

tis nobis vos esse breviter huc venturus pro domino nostro pape reverentia exhibenda. Unde, quia vestrum zelamus honorem, vobis amicabiliter respondemus quod considerantes honorabile statum vestrum, ac benivolentiam quam domini rex et regina et alii de eorum domo ad vos gerunt, quodque mora vestra ibidem domino nostro pape non modicum grata existit, dubitamus quod adventus vester non sit ad presens satis bonus. Scitis enim quod dominus noster non est carnalis in aliquo, nec curat de talibus reverentiis. Unde si contingat vos venire et forte non recipiat vos gratanter, dubitandum est quod, si ad partes illas redieritis, non recipiant vos in gratia sicut prius. Et idcirco videretur nobis esse pro meliori viro quod adhuc vestrum retardaretis adventum quousque de voluntate et beneplacito domini nostri super hoc essetis plenius certiores. Scientes quod matrimonium quod nuper contractum fuit hic per verba de presenti inter Faiagam, neptem suam, et.. filium domini Arnaudi de Vilaribus, militis, non permisit dominus noster hic solempnizari, nec etiam consummari; immo etiam dictum matrimonium tractatum fuit absque eo quod domini Albus et de Monteolivo cardinales et nos fuerimus evocati. Quocirca super vestro adventu bonam deliberationem et consilium habeatis, quid expedientius vobis erit. Nobis quecumque vestri beneplacita cum fiducia rescribentes. Scriptum Avinione, die XIX octobris. — *Au dos*: Nobili viro domino Guillelmo Furnerii, militi, nepoti domini nostri pape. B[ernardus] Ruthenen. cardinalis. » (*Orig. chart. cum vestig. sigil. cer. rub.*)

Apud *Beneventum.* *13 nov.*

7602. — Absolutio syndicatus Guillelmi de s. Paulo, collect. apost. in regno Siciliæ, confecti juxta constitutionem Bertrandi, olim archiep.i Ebredunen., et legati apostolici in terris Rom. Eccl., nunc cardinalis, cujus virtute officiales civit. Beneventan., « post eorum finitum officium per spatium XX dierum in dicta civitate syndicatui stare tenentur, querelantibus et querelis quibuscumque pro se et suis familiaribus responsuri. » (Orig. perg.)

Neapoli. *13 nov.*

7603. — Guillelmus de s. Paulo exhibet judicibus Neapolitanis litteras apostolicas suam commissionem continentes : scilicet octo litt. Bened. XII et duas Joannis, ep.i Avenion., P. P. thesaur. (Orig. grand. perg.; cf. n. 7598.)

Datum *Avenione.* *9* (V id.) *dec.*

7604. — Bened. XII laudat Joannem de Amelio, archid. Forojulien., cler. Cameræ, et nuntium apost., qui reformavit statum Spoletani ducatus, pacem composuit inter Tudertinos et quosdam habitatores ducatus, et nonnulla fecit in Marchia Anconitana contra Mercennarium de Monteviridi. Ipse ad Campaniæ Maritimæque provincias et civitatem Beneventanam se transferre volebat, sed requisitus fuit ut rediret in Marchia et in Patrimonio. (Orig. perg.)

Neapoli. *22 dec.*

7605. — Quittantia Martini de Baldo, hospitatoris cursorum in civit. Neapolitana, de pecuniarum summis receptis a Guillelmo s. Paulo, collectore Apost., pro nonnullis cursoribus missis ad Curiam, aliasque partes, pro negotiis Cameræ Apost. (Orig. perg.)

31 dec.

7606. — Quittantia Vanilli Angelutii, custodis palatii novi Apost. de Montefalcone, de suo salario. (Orig. perg. parv.)

Apud *Beneventum.* *1339.*

7607. — Quittantiæ judicum et notariorum in causis vertentibus inter rectorem et thesaurarium Beneventanum, ex parte una, et archiep.um ac capit. Benevent., ex altera, de eorum salariis. (Chart. lacer.)

Neapoli. *1339.*

7608. — Quittantia quorumdam mercatorum societatis Perutiorum, depositariorum Cameræ Apost., de certa pecuniæ quantitate a Guillelmo de s. Paulo, thesaur. Beneventano, recepta. (Orig. Chart. parv., in lingua ital.)

1339. **7609.** — Acta quædam in causa abbatis Riccardi de Castro Miniani, coram Guillelmo de s. Paulo, collectore. (Dupl. fol. chart.)

1339. **7610.** — Fragmentum processus facti contra Mercennarium de Monteviridi, tyrannum castri s. Justi in Marchia Anconitana, qui ad furcas condemnatus est; item contra Lippatium de Auximo et Andream ejus fratrem, milites, qui occupaverunt castrum Montis s. Mariæ in Cassiano et condemnati sunt in personis et bonis; item contra commune Esculanum, super machinatione occupationis castri Montis de Novem; item contra Bertuccium de Piru, qui cum auxilio prædicti Mercennarii occupavit castrum Piri; item contra Gentilem de Camerino et commune Camerin., Ameducium de s. Severino, et commune s. Severini, ac exititios de Auximo, et filios dom. Panhoni de Singulo, qui fecerunt cavalcatam contra terram de Matelica. (Chart. fol. dupl.; cf. n. 7578.)

? — ... **7611.** — Benedictus XII committit archidiaconis majoris eccles. et Gamagen. Vasaten., ac cuidam scholastico, causam vertentem inter ep.um et archid. Norwicen., super visitatione archidiaconatus Norwicen. (Perg. fragm.)

II

Instrumenta archivii Castri Sancti Angeli anni 1339, prout in inventario Garampiano jacent [1].

25 feb. **7612.** — Domini de La Scala constituunt quosdam procuratores ad donandum Benedicto XII villas de Magnano et de Capraria, et ad recipiendum eas in feudum ab eodem Pontifice. — Constituunt etiam procuratores ipsi domini ad supplicandum Papam, ut, vacante Imperio, dictos dominos de La Scala instituat vicarios Veronæ, Parmæ et Vicentiæ. (Arm. xv, caps. v, n. 8; cf. n. 7533-7537.)

1339. **7613.** — Bulla Bened. XII de donatione ipsimet facta a dominis de La Scala villarum de Magnano et Caprariæ. (Arm. xv, caps. v, n. 7; cf. n. 7536.)

Ut s. **7614.** — Instrum. infeudationis dictarum villarum factæ dictis dominis a Bened. XII. (Arm. xv, caps. iv, n. 56, p. 24, 25, 29; cf. n. 7536.)

7 apr. **7615.** — Instrum. autog. membr. Gotii, cardinalis, et Raterii, ep.i Vasionen., legatorum in Sicilia, qua, vi mandati Bened. XII, declarant excommunicatum Petrum, Trinacriæ regis filium, dictumque regnum cum insulis adjacentibus ad S. R. E. devolutum, Roberto regi Neapolitano concedunt, ob civitatem Reginam et alia loca ad ipsum Robertum pertinentia, a rebellibus occupata. (Arm. xiv, caps. ix, n. 7; cf. n. 6377; Raynaldi, an. 1339, n. xliv.)

1 sept. **7616.** — Bulla Bened. XII (cum plumbo) ubi Albertum et Mastinum de La Scala præficit vicarios Sedis Apost. in civitatibus Veronen., Parmen., et Vicentin., earumque comitatibus, sub annuo censu 5,000 flor. et obligatione quingentos homines in subsidium Ecclesiæ præstandi in Lombardia, Marchia et Romandiola. (Arm. ix, caps. v, n. 1; Raynaldi, an. 1339, n. lxii; cf. n. 7535.)

1. Voir l'appendice II, t. I, p. 217, et note 1.

23 oct. [v] **7617**. — Bened. XII bulla (cum plumbo) qua acceptat donationem villarum de Magnano et de Capraria, factam S. R. E. a dominis de la Scala, quibus ipsas villas concedit in feudum sub annuo censu unius march. auri. Papa committit Bernardo de Lacu, rectori de Olonzaco, s. Pontii Tomeriarum di., missionem in realem possessionem dictarum villarum et receptionem juramenti fidelitatis. — Item exempl. dictæ Bullæ et exsecutio dicti mandati. (Arm. xv, caps. v, n. 6, 7; cf. n. 7542-7544.)

24 oct. **7618**. — Processus contra Simonem Dragonarium, ep.um, vicarium Arnaldi, archiep.i Beneventani, et thesaurarium eccl Benevent., usurpatorem redditiuum prioratus s. Andreæ de Platea Beneventan. vacantis, Apost. Sedi reservatorum. (A. A. Instr.)

1 nov. **7619**. — Publicatio excom. et interdicti sententiarum latarum a Galhardo de Carceribus, nuntio in Polonia, contra capit et clerum Wratislavien. et Epolien. (A. A. Instr.; Theiner, *Mon. Pol.*, I, p. 426.)

19 nov. **7620**. — Instrum. public. membrac., ubi episcopus, capitulum et civitas Feltren. procuratorem constituunt ad impetrandam absolutionem censurarum et interdicti lati a legato apost. adversus dominos de la Scala, eorumque terras et fautores; quia prædicti domini præstiterant auxilium Ferrariensibus contra Rom. Eccl. (Arm. ix, caps. ii, n. 6.)

3 dec. [v] **7621**. — Transumptum authent. (membr. cum duobus sigillis) bullarum Bened. XII circa donationem sibi factam a dominis de la Scala villarum de Magnano et de Capraria ac illarum infeudationem dictis dominis; cum mandatis procuratoribus dictorum dominorum ut præstent juramentum fidelitatis. (Arm. xv, c. v, n. 7, 8.)

III

Documenta quæ ad calcem Regesti Avenionensis LIII, seu Benedicti XII anni quinti, extant.

An. 1338-1343. (n. st.) **7622**. — Codex cui titulus est : « Arreragia antiqua. » — « In nomine Domini. Amen. Infrascripta sunt recepta per me Petrum de Artisio, can. Anicien., thesaur. comitatus Venaissini pro S. Rom. Eccl., de arreragiis seu restis debitis thesaurarie Venaysini, tam de tempore quond. dom. Guillelmi de Granholis, olim dicti comitatus thesaur., predecessoris mei, quam tempore administrationis mee in dicto officio, que nondum receperam quando reddidi rationem Camere dom. nostri pape, usque ad kal. mensis februarii anni ab Incarnatione Domini MCCCXXXVII. Et primo de restis arreragiorum de tempore dicti dom. Guillelmi quondam. » (*A.* 53, f. 317; De Loye, *Les Archives de la Chambre apost.*, p. 201.)

An. 1335-1338. **7623**. — Sequuntur arreragia recepta a diversis clavariis pro administratione annorum præteritorum; necnon debita quædam a certis personis soluta. (*A.* 53, a f. 317 ad f. 322.)

An. 1338-1339. (n. st.) **7624**. — Codex cui titulus est : « *Anni XXXVIII.* » — « In nomine Domini. Amen. Hec est ratio sive compotus mei, Petri de Artisio, can. Anicien., thesaur. comitatus Venaysini pro S. Rom. Eccl., de administratione unius anni initiati a kal. feb. anni

ab Incarnatione Domini MCCCXXXVII, pontificatus ss. Patris et dom. nostri Benedicti P. P. XII, anno quarto, et finiti in kal. ejusd. mensis anni Domini MCCCXXXVIII, pontificatus ejusdem anno quinto. » « Et primo sequuntur recepta de proventibus jurisdictionis comitatus predicti per clavarios locis singulis deputatos, quorum rationes audivi, prout consuetum est, de mense marcii anni supra proxime designati, de administrationibus eorum anni preteriti ; et summas receptorum et expensorum per eos hic breviter denotavi. Sed in alio libro seu quaterno de verbo ad verbum rationes ipsas feci transcribi ; et summas seu quantitates subscriptas ab eisdem recepi. » Hic ponuntur rationes receptarum et expensarum redditæ a clavariis scilicet Carpentoraten., loci de Paternis, Insulæ, Cavallicen., Bonilium, Oppedæ, Menerbæ, Lanearum et Capreriarum, Saumanæ et Rochæ supra Paternas, Murmurionis, Malaucenæ, Secureti et Sableti, Clairanæ, Boissoni, Villædei, s. Romani de Malagarda, Roaissii et s. Cæciliæ, Valriaci et Pilarum, ac castellaniæ Grilhoni, Mornacii et Cadarossæ, Abolenæ, Paludis et Petrælaptæ, Pontis Sorgiæ et Interaquarum, Montiliorum, Albanhani. (*A*. 53, a f. 323 ad f. 332.)

An. 1338-1339. (n. st.) **7625.** — « Sequuntur recepta de redditibus generalibus comitatus Venaissini ; » qui venditi fuerunt hoc anno pretiis variis. Nomina autem locorum eadem sunt ac in præcedenti articulo ; et adduntur sequentia : Vallismasqua, s. Saturnimus, Apten. di., pasquerium Jansoni, Balmi, Falco et Podium Almeratii, Vallis Bueyræ ; Dolona, s. Vincentius prope s. Paulum Tricastrinen., Serignanum, Camaretum, Portus Augeriorum, Portus Novarum, s. Saturninus, Avenion. di. (*A*. 53, a f. 333 ad f. 340.)

An. 1338-1339. (n. st.) **7626.** — Sequuntur recepta particularia minoris momenti, scilicet incantus et bannus civit. Carpentoraten., et loci de Montiliis ; emolumenta bullæ comitatus Venaissini qua bullantur instrumenta confecta in dicto comitatu ; privilegia tabellionum ; census hospitiorum Carpentoraten. ; vineæ de Albaniano ; accapta, laudimia et trezena possessionum sitarum in diversis locis. (*A*. 53, a f. 340 v° ad f. 344.)

An. 1338-1339. (n. st.) **7627.** — Sequuntur recepta compositionum factarum ratione processuum criminalium per diversas personas Carpentoraten. et aliorum locorum (*A*. 53, f. 345.)

An. 1338-1339. (n. st.) **7628.** — Sequuntur expensæ et solutiones factæ in diversis locis comitatus. Inter quas notabilior est sequens. « Dom. rector misit ad dom. ep.um Tricastrin. et ad castra Mirabelli, Nionis, Vinizobrii et Podii Hugonis monendo habitatores ut pararent se ad arma quando forent requisiti sequi vexillum s. Rom. Eccl. » (*A*. 53, a f. 348 ad f. 350.)

An. 1339-1340. (n. st.) **7629.** — Redditio rationum facta per antedictos clavarios pro anno 1339, et continens fere eadem capitula receptarum et expensarum quæ superius descripta fuerunt. (*A*. 53, a f. 352 ad f. 380 v°.)

An. 1340-1341. (n. st.) **7630.** — Sequuntur rationes receptarum et expensarum pro anno 1340 in diversis clavariis. (*A*. 53, a f. 383 ad f. 421.)

An. 1341-1342. (n. st.) **7631.** — Receptæ et expensæ anni 1341, inter quas expensas sunt emptiones munitionum et armorum diversi generis, ac reparationes castrorum de Montiliis, de Malaucena, Mornassii, Valriaci, Pilarum, etc. (*A*. 53, a f. 422 ad f. 453.)

An. 1342-1343. (n. st.) **7632.** — Receptæ et expensæ anni 1342. (*A*. 53, a f. 457 ad f. 497 v°.) Reliqua istius libri rationum habes in reg. Aven. LV, a f. 492 ad f. 529 ; infra ad calcem an. VII.

BENEDICTI P. P. XII

ANNI VI

(1340)

LITTERÆ DE PROVISIONIBUS PRÆLATORUM

Datum *Avenione*.

26 jan. 1340. (VII kal. feb.) T. VI^{XXI} $^{1}/_{2}$.

7633. — *Lambertus quond. Guiciardini, de Bononia,* can. prioratus s. Fridiani Lucan., O. S. A., promovetur ad eccl. Brugnaten., per obit. Gerardi apud Sed. Ap. prævia generali reservat. vac. — In e. m. capit. Brugnaten.; clero civit. et di.; vassallis ejusd. eccl., et archiep.o Januen. (*A.* 54, f. 71; *V.* 128, n. 27.)

Ut s. — T. III^{XVI}.

7634. — Confirmatio electionis *Adenulphi de Arella, de Neapoli,* subdiac., ad abbatiam eccl. s. Petri de Canneto, de castro Montis s. Joannis, ad R. E. nullo medio pertin., Verulan. di., per obit. Nicolai de Stanno vac. — In e. m. capit. et universis vassallis ejusd. eccl. (*A.* 54, f. 81; *V.* 128, n. 45.)

31 jan. (II kal. feb.) Gr. pro Deo.

7635. — *Abb. monast. s. Benedicti Eugubin.*, mand. ut Simonem de Sicilia, mon. monast. Specus s. Benedicti Sublacen., O. S. B., Tiburtin. di., præficiat prioratui monast. de Nursia per prior. gub. soliti, ejusd. ord., Spoletan. di., per obit. Petri apud Sed. Ap. vac. (*A.* 54, f. 73 v°; *V.* 128, n. 31.)

21 feb. (IX kal. mart.) T. III^{XXIV} $^{1}/_{2}$.

7636. — *Nicolaus, mon. monast. s. M. in Monte prope Cesenam, O. S. B.*, promovetur ad abbatiam ejusd. monast., per resignat. Homodei apud Sed. Ap. prævia generali reservat. vac. Cassatur electio ipsius Nicolai favore facta, cujus vigore munus benedictionis receperat, et per plures annos administrationi dicti monast. se ingesserat. — I. e. m. conv. ejusd. monast.; et ep.o Cesenaten. (*A.* 54, f. 71 v°; *V.* 128, n. 28.)

29 feb. (II kal. mart.)

7637. — *Philippo, abb. monast. s. Benedicti Eugubin., O. S. B.*, committitur administratio monast. s. Benedicti de Gualdo, Nucerin. di., ord. ejusd., (quod, abbate vacans, magna detrimenta noscitur sustinere), donec eidem provisum fuerit de abbate, vel de regimine ipsius aliter per Sed. Ap. fuerit ordinatum. — In e. m. conv. dicti monast. (*A.* 54, f. 11 (rub.); *V.* 128, n. 215.)

6 (II non.) *mart.* T. III^{XVIII}.

7638. — *Nicolaus de Anglari,* mon. monast. s. M. de Dicciano, Camaldulen. ord., Civitatiscastelli di., promovetur ad abbatiam ejusd. monast., per obit. Ambrosii apud Sed. Ap. prævia generali reservat. vac. — In e. m. conv. dicti monast.; et priori Eremi Camaldulen., Aretin. di. (*A.* 54, f. 82; *V.* 128, n. 47.)

Datum *Avenione.*

17 mart.
(XVI kal. apr.)
T. XIX 1/2, XIX 1/2.

7639. — Promotio *Andreæ Guiducii, de Fabriano*, olim mon. monast. s. M. Florentin., O. S. B., ad abbatiam s. Martini de Tisis, ejusd. ord., Civitatiscastelli di., per obit. Guillelmi apud Sed. Apost. prævia generali reservat. vac.; cui quidem monast. s. Martini Hugolinus, ep.us Civitatiscastelli, credens reservationes per obit. Joannis XXII exspirasse, dictum Andream auctoritate ordinaria præfecerat, quum monachi duo dumtaxat, qui remanserant in ipso monast. tempore obitus dicti Guillelmi, defuncti essent et ipsi. — In e. m. ep.o Civitatiscastelli. (*A.* 54, f. 281; *V.* 128, n. 258.)

Ut s. — T. XVII, XVII.

7640. — *Raimundus de Castaneto*, mon. monast. de Gimonte, ord. Cist., Auxitan. di., in theol. bac., promovetur ad abbatiam monast. Benedictionis Dei, dicti ord., Convenarum di., per promot. Petri ad abbatiam Vallismagnæ, ejusd. ord., Agathen. di., apud Sed. Ap. prævia generali reservat. vac. — In e. m. conv. monast. Benedictionis Dei. (*A.* 54, f. 98 v°; *V.* 128, n. 72.)

[Ut s.

7641. — *Dionysius de Burgo s. Sepulcri*, ord. Eremit. S. A. professor, theol. mag., fit ep.us Monopolitanæ eccl., ad R. E. nullo medio pert., post obit. Paschalis. Capitulum quidem ejusd. eccl. ipsum Dionysium et Bisantium de Baro, can. Baren., in discordia elegerunt, sed iidem Dionysius et Bisantius negotium hujus electionis prosequi non curarunt. — In e. m. capit. Monopolitano; clero, populo civit. et di.; vassallis eccl. Monopolitan.; Roberto, regi Siciliæ. (*A.* 54, f. 11 (rub.); *V.* 128, n. 216.)

Ut s. — T. IV^{XVIII}.

7642. — Promotio *Isaac*, abb. monast. s. Joannis Heterni Montis Herilis, O. S. B., Perusin. di., ad abbatiam monast. s. Justinæ Paduan., ejusd. ord., per promot. Andreæ ad abbatiam de Insula Pomposiana, dicti ord., Comaclen. di., apud Sed. Ap. prævia generali reservat. vac. — In e. m. conv., universis vassallis monast. s. Justinæ; ep.o Paduano. (*A.* 54, f. 277; *V.* 128, n. 253.)

Ut s. — Gr. pro not.

7643. — *Guillelmus*, thesaurarius Turonen., P. P. not., promovetur ad eccl. Theatin., ad R. E. nullo medio pert., per translationem Beltramini ad eccl. Cuman. vac. — In e. m. capit. Theatin.; clero, populo civit. et di.; vassallis eccl. Theatin.; Roberto, regi Siciliæ. (*A.* 54, f. 76 v°; *V.* 128, n. 35.)

Ut s. — T. III^{XVI}.

7644. — Confirmatio electionis *Joannis*, olim abb. monast. de Calma, O. S. B., Nanneten. di., monasterio s. Salvatoris Rothonen. ad R. E. nullo medio pert., dicti ord., Veneten. di., immediate subjecti, ad abb. ejusd. monast. s. Salvatoris, per obit. Oliverii vac. — In e. m. conv., vassallis monast. s. Salvatoris. (*A.* 54, f. 78; *V.* 128, n. 38.)

Ut s. — Gr. pro Deo.

7645. — *Thadæus, mon. monast. s. Nicolai de Morbano*, ad R. E. nullo medio pert., O. S. Basilii, Venusin. di., promovetur ad abbatiam ejusd. monast., per obit. Petri et rejectionem trium electionum favore dicti Thadæi, Gregorii Sibiliæ, et Pauli de Richardantia, ipsius monast. monachorum, in discordia celebratarum vac. — In e. m. conv. ejusd. monast. (*A.* 54, f. 86; *V.* 128, n. 54.)

20 mart.
(XIII kal. apr.)
T. IV^{XXI}.

7646. — *Joannes*, archipr. Sutrin., promovetur ad eamdem eccl., ad R. E. nullo medio pert., per obit. Huguctionis apud Sed. Ap. prævia generali reservat. vac.; cum testimonialibus consecrat. ipsius. — In e. m. capit. Sutrin.; clero, populo civit. et di. (*A.* 54, f. 93 v°; *V.* 128, n. 65)

Ut s. — T. III^{XVII}.

7647. — *Jacobus Andreæ, de Verulis*, mon. monast. Casemarii, Cist. ord., Verulan. di., promovetur ad abbatiam ejusd. monast., per obit. Bartholomæi apud Sed. Ap. mediante reservat. vac. Cassatur electio post dictam reservat. facta favore Mathæi de Babuco, ejusd. monast. mon.; cum testimonialibus benedictionis impensæ prædicto Jacobo per Annibaldum, ep.um Tusculan. — In e. m. conv., et vassallis ejusd. monast. (*A.* 54, f. 279 v°; *V.* 128, n. 256.)

Datum *Avenione.*

23 mart. (x kal. apr.)

7648. — *Petrus de Gironsa*, pr. ord. Min., fit archiep.us eccl Duracien., per obit. Mathæi vac., cassata electione Augerii Gratiani, ejusd. ord., per capit. celebrata. — In e. m. capit. Duracien.; clero, populo civit. et di.; vassallis, et suffraganeis dictæ eccl.; Roberto, regi Siciliæ. (*A.* 54, f. 11 v° (rub.); *V.* 128, n. 226; Eubel, *Bull. Francisc.* VI, n. 121.)

23 maii. (x kal. jun.) T. VII[XXVIII] 1/2.

7649. — Promotio *Petri*, can. eccl. s. Severinæ ad archiepiscopatum ejusd. eccl., per obit. Joannis et cessionem ejusd. Petri (una cum Nicolao de Roqua, Tropien., et Nicolao Mala Opera, Cusentin. eccl. decanis, ac Salvo Assanti, pr. Isclan di., in discordia electi) apud Sed. Ap. prævia generali reservat. vac.; cum testimonialibus consecrat. eidem Petro per Annibaldum ep.um Tusculan. impensæ, ac assignationis pallei ipsi factæ in curia per Neapoleonem, s. Adriani, et Jacobum, s. Georgii ad V. A. diac. card. — In e. m. capit. s. Severinæ; clero, populo civit. et di.; vassallis et suffraganeis dictæ eccl.; Roberto, regi Siciliæ. (*A.* 54, f. 289; *V.* 128, n. 271.)

14 (II id.) *jul.*

7650. — *Raimundus*, abb. monast. s. Martini de Canigone, O. S. B., Elnen. di., promovetur ad abbatiam monast. Arularum, Clun. ord., dictæ di., per promotionem Bernardi ad abb. monast. de Caunis, O. S. B., Narbonen. di., apud Sed. Apost. prævia reservat. vac. — In e. m. conv., et vassallis monast. Arularum; ep.o Elnen.; Jacobo, regi Majoricarum. (*A.* 54, f. 304; *V.* 128, n. 301.)

Ut s. — T. VI[XXII].

7651. — *Oliverius*, decanus eccl. Parisien., theol. mag., promovetur ad episcop. Nanneten., per obit. Bonabii in partibus illis def., apud Sed. Apost. mediante reservat. vac. Cassatur electio favore Guillelmi de Marchocolio, ejusd. eccl. can., contra dictam reservat. a capit. ignoranter celebrata. — In e. m. capit. Nanneten.; clero, populo civit. et di.; vassallis eccl. Nanneten.; archiep.o Turonen. (*A.* 54, f. 294 v°, 295, 295 v°, 320 et 320 v°; *V.* 128, n. 283.)

Ut s.

7652. — *Bernardus*, abb. monast. de Arulis, Clun. ord., Elnen. di., fit abb. monast. s. Petri de Caunis, O. S. B., Narbonen. di., per obit. Guillelmi apud Sed. Apost. mediante reservat. vac.; non obst. quod idem Bernardus ord. Clun. professor existat. Cassatur electio Pontii de s. Saturnino, dicti monast. de Caunis mon., per conv. indebite facta. — In e. m. conv., vassallis monast. s. Petri; archiep.o Narbonen.; Philippo, regi Franciæ. (*V.* 128, n. 286.)

Ut s.

7653. — Confirmatio electionis *Francisci*, abb. monast. s. Pontiani prope Lucam, O. S. B., ad abbatiam monast. s. Savini de Montione, Pisan. di., ad R. E. nullo medio pert., O. S. B., per priorem claustralem et conv. dicti monast. s. Savini celebratæ. — In e. m. priori claustrali et conv. monast. s. Savini. (*A.* 54, f. 11 v° (rub.); *V.* 128, n. 236.)

Ut s.

7654. — *Raimundo Peregrini*, mon. monast. Populeti, Cist. ord., Terraconen. di., committitur administr. et regimen. monast. Vallisdignæ, dicti ord., Valentin. di., per obit. Raymundi, in illis partibus def. vac., donec fuerit ipsi de abbate provisum; nam Bernardus Bois, mon. monast. Vallisdignæ, et Petrus de Combis, mon. monast. ss. Crucum, dicti ord., Terraconen. di., in discordia electi ad Sed. Apost. accedentes, nonnulla alter contra alterum proposuerunt. — In e. m. priori et conv. Vallisdignæ. (*A.* 54, f. 13 (rub.); *V.* 128, n. 287.)

Ut s.

7655. — *Joannes de Paperonibus*, can. Senen., P. P. cap., fit archiep.us eccl. Tyren. et Arboren. unitarum, per obit. Guidonis in partibus Sardiniæ def. vacantium, instante capit. eccl. Arboren. In eccl. autem Tyren. ab infidelibus occupata, capit. non existit. — In e. m. capit. Arboren.; clero, populo civit. et di.; suffraganeis Tyren. et Arboren. eccl.; Petro, Judici Arboreæ. (*A.* 54, f. 302; *V.* 128, n. 298.)

Datum *Avenione*.

14 (II id.) *jul.* T. V^XIX.

7656. — Promotio *Reginaldi*, prioris claustralis monast. s. Audoeni, O. S. B., Rothomagen. di., ad abbatiam ejusd. monast., per obit. Joannis apud Sed. Ap. prævia reservat. vac. Cassatur electio ipsius favore celebrata et confirmata. — In e. m. conv., et vassallis monast. s. Audoeni; archiep.o Rothomagen.; Joanni, duci Normanniæ. (*A.* 54, f. 292; *V.* 128, n. 276.)

23 jul. (X kal. aug.) T. XVI, XVI.

7657. — *Pontio*, abb. monast. Locidei, Cist. ord., Ruthen. di., committitur administratio in spiritualibus et temporalibus monast. Bonæcumbæ, eorumdem ord. et di., per obit. Pontii et renunciationem Berengarii Retherii una cum Raimundo Leviati in discordia electi, apud Sed. Ap. vac., donec eidem monast. Bonæcumbæ fuerit de abbate provisum. — In e. m. conv. Bonæcumbæ. (*A.* 54, f. 293; *V.* 128, n. 277.)

25 jul. (VIII kal. aug.) T. XVIII, XVIII.

7658. — Confirmatio electionis *Joannis*, mon. monast. S. Benedicti Baren., ad R. E. immediate subjecti, O. S. B., ad abbatiam ejusd. monast., per obit. Adæ vac.; cum testimonialibus benedictionis ipsi in Rom. curia impensæ per Bertrandum, ep.um Ostien. — In e. m. conv. dicti monast. (*A.* 54, f. 113; *V.* 128, n. 97.)

26 jul. (VII kal. aug.)

7659. — *Nicolao*, abb. monasteriorum O. S. B., ad R. E. nullo medio pertinentium, S. M. et s. Gorgonii de Insula Gorgone canonice unitorum, Pisan. di., necnon s. Viti Pisan. ab eisdem S. M. et s. Gorgonii dependentis, et per abb. dictorum S. M. et s. Gorgonii soliti gubernari. Ipse Nicolaus, prior claustralis ejusd. monast. s. Viti, in sacerdotio constitutus per conv. eorumdem monast. electus confirmatur abbas prædictorum monast.; cum testimonialibus benedictionis per Bertrandum ep.um Ostien. ei impensæ. — In e. m. conv. dictorum monast. (*A.* 54, f. 297; *V.* 128, n. 288.)

6 (VIII id.) *sept.* T. VII^XXI ½.

7660. — Promotio *Ligi de Urbeveteri*, can. Remen., P. P. cap., ad episcop. Nolan., per obit. Nicolai apud Sed. Apost. prævia speciali reservat. vac.; cassata electione concordi favore Nicolai de Aquila, can. Neapolitan., per capit. ejusd. eccl. celebrata. — In e. m. capit. Nolan.; clero, populo civit. et di.; vassallis eccl. Nolan.; archiep.o Neapolitano; Roberto, regi Siciliæ. (*A.* 54, f. 323; *V.* 128, n. 379.)

11 (III id.) *sept.*

7661. — *Arnulpho Marcellini, Agennen., civit. Beneventanæ vicerectori, et Geraldo de Valle, Neapolitan. can.*, committitur usque ad Sed. Apost. beneplacitum, custodia et regimen eccl. Cassinen., ad R. E. nullo modo pert., per obit. Raimundi ep.i vac. (*A.* 54, f. 27 v°; *V.* 128, n. 18 *de cur.*)

10 (IV id.) *sept.*

7662. — In e. m. capit., clero eccl. et di. Cassinen.; universis vassallis eccl. Cassinen. (*A.* 54, f. 28; *V.* 128, n. 18 *de cur.*)

11 (V id.) *oct.*

7663. — *Stephanus, ep.us Noviomen.*, fit ep.us eccl. Claromonten., per obit. Raimundi apud Sed. Ap. prævia reservat. def. vac.; cum licentia ad suam eccl. accedendi. — In e. m. capit. Claromonten.; populo, clero civit. et di.; universis vassallis eccl.; archiep.o Bituricen.; Philippo, regi Franciæ. (*A.* 54, f. 14 v° (rub.); *V.* 128, n. 343.)

Ut s.

7664. — *Petrus Andreæ*, pr., can. Parisien., fit ep.us eccl. Noviomen., per translationem Stephani ad eccl. Claromonten., prævia reservat. apud Sed. Ap. vac. — In e. m. capit. Noviomen.; clero, populo, civit. et di.; universis vassallis eccl. Noviomen.; archiep.o Remen.; Philippo, regi Franciæ. (*A.* 54, f. 15 (rub.); *V.* 128, n 362.)

Ut s.

7665. — *Guido*, archid. Flandriæ in eccl. Morinen., in minoribus ord. et in XXVII° ætatis suæ anno constitutus, hujusmodi defectibus non obstantibus, fit archiep.us eccl. Lugdunen., per obit. Guillelmi apud Sed. Apost. prævia speciali reservat. vac. — In e. m. capit. Lugdunen.; clero, populo civit. et di.; vassallis eccl. Lugdunen.; Philippo, regi Franciæ. (*A.* 54, f. 316 (frag.); *V.* 128, n. 363.)

13 (III id.) *oct.*

7666. — *Joannes*, pr., decanus eccl. Cathalaunen., leg. prof., fit ep.us ejusd. eccl., per obit. Joannis apud Sed. Apost. prævia reservat. vac. Electio autem de ipso per

Datum *Avenione.*

capit. contra reservat. ignoranter celebrata, viribus minime subsistebat. — In e. m. capit. Cathalaunen.; clero, populo civit. et di.; archiep.o Remen.; Philippo, regi Francorum. (*A.* 54, f. 14 v° (rub.); *V.* 128, n. 344.)

14 (II id.) *oct.* T. XVI.

7667. — *Petro, abb. monast. s. Crucis Burdegalen.*, committitur administratio monast. Silvæ Majoris, O. S. B., Burdegalen. di., per obit. Guillelmi, abb., vac., donec eidem monast. fuerit de pastore provisum : attento quod de Guidone de Ferreriis, electio, et de Aymerico de Maloingenio postulatio sunt in discordia celebratæ ; et quod inter eos propterea super jure quod ad se asserunt pertinere, per appellationem Raimundi de Artigia et quorumdam aliorum mon. dicti monast. contra præfatum Guidonem apud Sed. Apost. lis ventilatur. (*A.* 54, f. 312 ; *V.* 128, n. 319.)

25 oct. (VIII kal. nov.) T. IX^{XXII}.

7668. — *Henricus*, archid. Dolen., promovetur ad episcop. ejusd. eccl., per obit. Joannis, et resignationem ejusd. Henrici a capitulo electi apud Sed. Apost. vac. ; cum ratificatione consecrat. ipsi per archiep.um Turonen., metropolitanum, impensæ. — In e. m. capit. Dolen.; clero, populo civit. et di. ; vassallis eccl. Dolen. ; archiep.o Turonen. ; Joanni, duci Britanniæ ; Joanni, duci Normanniæ ; Philippo, regi Francorum. (*A.* 54, f. 124 v° ; *V.* 128, n. 112 ; Martène, *Thesaurus Anecd.* III, col. 985.)

Ut s.

7669. — *Petrus* fit ep.us eccl. Condomien., per obit. Raimundi, Parisiis def., apud Sed. Apost. prævia speciali reservat. vac. Dicitur enim quod canonici ipsius eccl., dictæ reservationis ignari, illum tunc priorem de Neraco, O. S. B., Condomien. di., concorditer elegerant, et ipse Petrus ab archiep.o Burdegalen. confirmationem et consecrat. receperat et administrationem ipsius eccl. per certum tempus gesserat. — In e. m. capit. Condomien. ; clero, populo civit. et di. ; vassallis eccl. Condomien. ; archiep.o Burdegalen. ; Philippo, regi Franciæ. (*A.* 54, f. 14 v° (rub.); *V.* 128, n. 349.)

30 oct. (III kal. nov.) T. VIII^{XXII}.

7670. — *Robertus*, decanus Ebroicen., promovetur ad episcop. ejusd. eccl., per obit. Gaufridi apud Sed. Ap. mediante reservat. vac. ; cassata electione contra dictam reservat. quasi per inspirationem ipsius favore facta per capit. — In e. m. capit. Ebroicen. ; clero civit. et di. ; vassallis eccl. Ebroicen. ; archiep.o Rothomagen. ; Joanni, duci Normanniæ. (*A.* 54, f. 130 v° ; *V.* 128, n. 120.)

3 (III non.) *nov.* T. V^{XVI}.

7671. — *Bertrandus*, prior priorat. s. Germani de Galberta, O. S. B., Mimaten. di., decr. doct., promovetur ad abbatiam monast. s. M. Insulæ Barbaræ, dicti ord., Lugdunen. di., per obit. Raimundi apud Sed. Ap. defuncti, vac. — In e. m. conv., et universis vassallis dicti monast. ; archiep.o Lugdunen. (*A.* 54, f. 138 ; *V.* 128, n. 131.)

Ut s.

7672. — *Bertrandus Marcelli*, pr., mon. monast. Clun., Matisconen. di., promovetur ad abbatiam monast. s. Gemini de s. Gemino, O. S. B., Narnien. di., per obit. Pauli in illis partibus defuncti, apud Sed. Ap. mediante reservat. vac. — In e. m. conv. monast. s. Gemini ; ep.o Narnien. (*A.* 54, f. 331 v° (frag.) ; *V.* 128, n. 389.)

4 (II non.) *nov.*

7673. — *Arnaldus*, abb. monast. s. Laurentii prope Leodium, O. S. B., fit abb. monast. s. M. de Calma, ejusd. ord., Nanneten. di., per translationem Joannis ad monast. s. Salvatoris Rothonen., dicti ord., Veneten. di., apud Sed. Apost. prævia reservat. vac. — In e. m. conv. et vassallis monast. de Calma ; abb. monast. s. Salvatoris Rothonen. ; ep.o Nanneten. ; Joanni, duci Britanniæ. (*A.* 54, f. 15 (rub.) ; *V.* 128, n. 356.)

6 (VIII id.) *nov.* T. VI^{XX}.

7674. — *Beltraminus, ep.us Cuman.*, transfertur ad episcop. Bononien., per translat. Bertrandi ad episcop. Nivernen. apud Sed. Ap. prævia generali reservat. vac — In e. m. capit. Bononien. ; clero, populo civit. et di. ; vassallis eccl. Bononien. ; archiep.o Ravennaten. (*A.* 54, f. 146 ; *V.* 128, n. 143.)

Ut s. — T. VI^{XXII}.

7675. — *Guigo*, pr., præp. Anicien., P. P. not., L. D., promovetur ad eccl. Cassinen. R. E. immediate subjectam, et per obit. Raimundi apud Sed. Ap. mediante re-

Datum *Avenione*.

servat. vac.; cum cassat. duarum electionum, et unius postulationis post dictam reservat. per capit. factarum. — In e. m. capit. Cassinen.; populo, clero civit. et di.; vassallis eccl. Cassinen.; Roberto, regi Siciliæ. (*A.* 54, f. 326; *V.* 128, n. 382.)

6 (VIII id.) *nov.* T. VIxx. — **7676.** — *Bonifacius*, ep.us Mutinen., transfertur ad episcop. Cuman., per translat. Beltramini ad episcop. Bononien. apud Sed. Ap. prævia generali reservat. vac. — In e. m. capit. Cuman.; clero, populo civit. et di.; vassallis eccl. Cuman.; patriarchæ Aquilejen. (*A.* 54, f. 143; *V.* 128, n. 138.)

Ut s. — T. VIxx. — **7677.** — *Joannes*, archid. Briæ in eccl. Parisien., P. P. cap., promovetur ad episcop. Forojulien., per obit. Bartholomæi apud Sed. Ap. prævia speciali reservat. vac. — In e. m. capit. Forojulien.; clero civit. et di.; vassallis eccl. Forojulien.; archiep.o Aquen.; Roberto, regi Siciliæ. (*A.* 54, f. 126 v°; *V.* 128, n. 115; Albanès, *Gallia Christ. novis.* I, *instr.*, col. 232.)

Ut s. — T. VIIxx. — **7678.** — *Thomas*, archid. Thelesin., promovetur ad episcop. Thelesin. per obit. Thomæ apud Sed. Ap. defuncti vac. — In e. m. capit. Thelesin.; clero, populo civit. et di.; vassallis eccl. Thelesin.; archiep.o Beneventano; Roberto, regi Siciliæ. (*A.* 54, f. 149 v°; *V.* 128, n. 147.)

13 (id.) *nov.*; Gr. — **7679.** — Confirmatio electionis *Lucæ*, pr., prioris claustralis monast. s. M. de Cammiliano ad R. E. nullo medio pert., O. S. B., Rossanen. di., ad abbatiam ejusd. monast., per obit. Raonis in illis partibus def. vac.; cum testimonialibus benedictionis per Annibaldum, ep.um Tusculan., eidem impensæ. — In e. m. conv. s. M. de Cammiliano. (*A.* 54, 331 *bis* (frag.); *V.* 128, n. 391.)

20 nov. (XII kal. dec.) — **7680.** — Confirmatio electionis *Hambrici*, mon. et camerarii monast. Medlicen., ad R. E. immediate spect., O. S. B., Patavien. di., ad abbatiam ejusd. monast., per obit. Henrici, abbatis, et Guadakari, mon. et infirmarii, in discordia electi sed non confirmati vac. — I. e. m. conv. et vassallis monast. Medlicen. (*A.* 54, f. 315 (frag.); *V.* 128, n. 358.)

22 nov. (X kal. dec.) — **7681.** — *Garsias*, pr., mon. monast. s. Joannis de Pinna, ad R. E. nullo medio pert., O. S. B., Oscen. di., ac prior priorat. de Stella, prædicti ord., Pampilonen. di., eidem monast. subjecti, fit abb. ipsius monast., per translationem quond. Raimundi ad abbatiam Insulæ Barbaræ, ejusd. ord., Lugdunen. di., apud Sed. Apost. prævia reservat. vac.; cum testimonialibus benedictionis ipsi per Annibaldum, ep.um Tusculan., impensæ. — In e. m. conv. et vassallis monast. s. Joannis de Pinna; Petro, regi Aragonum. (*A.* 54, f. 14 (rub.); *V.* 128, n. 324.)

30 nov. (II kal. dec.) T. XXIV. — **7682.** — *Mag. Arnulpho Marcellini, can. Agennen., vicerectori Beneventan.*, committitur regimen eccl. Caputaquen., amoto Petro Baudeti, cler. Tullen. di., una cum Thomasio de s. Magno, de Salerno, archid. eccl. Caputaquen. in discordia electo, donec eidem eccl. fuerit provisum. (*A.* 54, f. 327 v°; *V.* 128, n. 384.)

18 dec. (XV kal. jan.) T. IIIxvi. — **7683.** — Confirmatio electionis *Nicolai*, mon. et hospitalarii monast. s. M. in Rossenvelde ad R. E. nullo medio pert., O. S. B., Bremen. di., ad abbatiam ejusd. monast., per obit. Henrici vac. — In e. m. conv. et vassallis monast. (*A.* 54, f. 173 v°; *V.* 128, n. 180; Riezler, n. 2091.)

Ut s. — **7684.** — *Nicolaus de Galiano, de Barolo*, fit præpositus eccl. Canusin., R. E. immediate subjectæ, quæ in di. aliqua non existit, cui quidem præpositus consuevit præesse, per obit. Gervasii Nicolai et cessionem ejusd. Nicolai de Galiano per capit. elect. apud Sed. Ap. vac. — In e. m. capit. eccl. Canusin. (*A.* 54, f. 16 (rub.); *V.* 128, n. 398.)

Ut s. — T. Vxvi. — **7685.** — *Joannes*, pr., in decr. licen., mon. monast. Virziliacen., O. S. B., Eduen. di., prior. priorat. de Villarisilva per mon. dicti monast. gub. soliti, ejusd. ord.,

Datum *Avenione.*

Noviomen. di., promovetur ad abbatiam s. Petri de Ferrariis ad R. E. nullo medio pert., ejusd. ord., Senonen. di., per obit. Petri et resignat. præfati Joannis concorditer electi apud Sed. Ap. vac. — In e. m. priori claustrali et conv. monast. s. Petri de Ferrariis ; vassallis ejusd. monast. ; archiep.o Senonen. ; Philippo, regi Francorum. (*A.* 54, f. 158 ; *V.* 128, n. 162.)

27 dec. (VI kal. jan.)

7686. — Roboratur promotio *Guidonis* ad eccl. Lugdunen., non obst. quod tempore dictæ promotionis asseruit se in XXVII° esse, dum in XXV° tantum esset ætatis suæ anno constitutus. (*A.* 54, f. 16 v° (rub.) ; *V.* 128, n. 410.)

BENEDICTI XII

DE BENEFICIIS VACANTIBUS

ANNI VI (1340)

10 (IV id.) *jan. 1340.* T. XI, XIII.

7687. — *Arnaldo de Villario,* can. sæc. eccl. s. Pauli Narbonen. conferuntur præstimonia in dicta eccl. per consecrat. Arnaldi, ep.i Magalonen., apud Sed. Ap. prævia generali reservat. vac. — In e. m. ep.o Avenionen., et abb. sæc. s. Pauli Narbonen., ac decano s. Agricoli Avenion. (*A.* 54, f. 92 ; *V.* 128, n. 63.)

Ut s. — T. XI, XIII.

7688. — *Mag. Dominico Bellugue, L. D.,* confertur paroch. eccl. de Gaure, Tolosan. di., (80 l. t.) cum suis annexis, per obit. Bernardi de Montealto apud Sed. Ap. defuncti vac. — In e. m. priori de Murello, Tolosan. di., et præp. Tolosan., ac Guillelmo Arnaldi de Mirabello, can. Lomberien. (*A.* 54, f. 89 v° ; *V.* 128, n. 59.)

16 jan. (XVII kal. feb.) T. XII ½, XIV ½.

8153. — *Ad fut. rei mem.* Cassantur processus per mag. Mennetum de Roberticuria, can. eccl. Montisregalis, Carcassonen. di., notarium pro commissario Inquisitionis hær. prav. in partibus Carcassonen. et Albien. se gerentem, habiti contra Giraudum Colli civem Albien. Ipse enim Giraudus et mag. Bernardus de Grava, lic. in leg., Pontius Rogerii, Bernardus Austruconis et Durantus de Monteacuto, cives et consules Albien., ad veniendum ad Rom. curiam et impendendum reverentiam Joanni XXII ejusque cardinalibus, ac b. m. Petro de Via, ep.o, tunc electo Albien., per communitatem civit. Albien. deputati fuerunt. Et coram P. P. Bened. XII, tunc tit. s. Priscæ pr. card., ipse Giraudus personaliter constitutus existens, «post impen-

Datum *Avenione.*

sam hujusmodi reverentiam hæc verba vel similia protulit in effectu: videlicet quod aliqui homines laici erant in civit. prædicta dicentes se juratos officii Inquisitionis hær. prav. de quibus dicebatur quod propter favorem ejusdem officii recipiebant multas corruptiones, et faciebant multas oppressiones et exactiones, de quibus non recipiebat aliquem honorem officium nec civitas prælibata, et quod esset bonum quod nullus notarius faceret processus vel audiret personas super facto fidei nisi inquisitor hujusmodi esset præsens. » Ipse autem P. P. hujusmodi verbis responderat his verbis vel similibus videlicet: quod tempore quo ipse audiebat testes vel aliquos de facto fidei nolebat ut aliquis notarius eos audiret, nisi ipse præsens esset. Tunc autem dicti consules vel aliquis eorum P. P. Bened., tunc card., supplicarunt, ut Joannem XXII rogaret ut tale in hac parte remedium adhiberet quod boni possent vivere et mali punirentur. Joanne autem XXII vita functo, dictus Mennetus de Robertícuria, super hiis verbis quæ in injuriam et impedimentum negotii fidei et officii Inquisitionis et fautoriam hæreticorum redundare dicebat, quosdam processus formaverat, contra dictum Giraudum. (*A.* 54, f. 88; *V.* 128, n. 58; cf. n. 8192; J. M. Vidal, *Menet de Robécourt, commissaire de l'Inquis. de Carcassonne*, dans *Moyen-Age*, 1903, p. 438, III.)

26 feb.
(v kal. mart.)
T. XVIII ½.

8154. — *Blasio, Vicentin., et Natali, Civitatis novæ ep.is*, mand. ut ad civit. Ceneten vel alium tutum locum eidem civit. vicinum se personaliter conferentes inquirant contra Franciscum, ep.um Ceneten., « quem suis culpis et demeritis exigentibus *venerabilem fratrem* » P. P. appellare non potest, qui in verba turpia sæpius Deum et b. M. V. matrem ejus blasphemavit, faciendo detestabilia signa cum manibus, quæ vulgus *ficas* nuncupat, contra eos; toto quadragesimali tempore carnes comedit; turpissimam vitam ducit et beneficia confert pro pecunia, etc; quamdam focariam nomine Francischinam, ex qua plures filios procreavit, a xv annis tenuit, et adhuc prægnantem tenet; præterea ore proprio confessus est quod quando fuit rumor Bononiæ contra Bertrandum, ep.um Ostien., personaliter ivit ad disrobandum Bertrandum, nunc Nivernen., tunc Bononien. ep.um, et quod habuit ex hujusmodi disrobatione mitram et capellum et « destrarium ejus liardum, » quem confessus fuit vendidisse pro 200 flor. auri Joanni de Pepulis, civi Bononien. Idemque ep.us Ceneten. Eremit. S. A. professor existens publice se jactavit quod dum esset conventualis in conventu Bononien., ipso procurante et ordinante, sacristia disrobata fuit rebus valentibus 2,500 flor. auri de quibus habuit ipsemet medietatem; imo dedit auxilium et favorem iis qui occiderunt Ser Ugerii, de Ceneta, cujus filios et nepotes sine causa rationabili expulit de civit. Ceneten., ejusque districtu, et eorum bona occupavit, etc. Judicibus mandatur ut, cum res ita sint, ipsum ep.um ut apost. se conspectui præsentet citent sententiam auditurum. (*A.* 54, f. 57 v°; *V.* 128, n. 13.)

28 feb.
(III kal. mart.)
T. XX.

8155. — *Abb. monast. de Buconia*, Caminen. di., mand. ut personaliter accedens ad monast. de Doberan, Cist. ord., Zwerinen. di., in partibus Slaviæ situm, inquirat et referat super eo quod propter partialitates abbatis monast. de Amelimgesborn, prædicti ord., Hildesemen. di., patris abbatis et visitatoris dicti monast. de Doberan, erga nonnullos monachos de Saxonia oriundos, ipsum monast. de Doberan postremæ desolationi vicinum ad inopiam et populare ludibrium redactum est, in eoque homicidia, incantationes et sortilegia successerunt, proprio abbate et diversis monachis per certos nobiles carceri mancipatis : instantibus abbate ac majori et saniori parte conventus, alium patrem abbatem et visitatorem sibi deputare petentibus. (*A.* 54, f. 308; *V.* 128, n. 309.)

Datum *Avenione.*

28 feb. (III kal. mart.) T. XX.

* **8156.** — *Abb. monast. de Hylda, Caminen. di.*, mand. ut ad dictum monast. de Doberan, Cist. ord., Zwerinen. di., personaliter accedens similem informationem recipiat. (*A.* 54, f. 68; *V.* 128, n. 22; Riezler, n. 2066.)

29 feb. (II kal. mart.) T. XVI.

8157. — *Abb. in Bellelagie, Basilien. di., et priori s. Albani extra muros Basilien. per priorem soliti gub. monast., ac thesaur. s. Petri Basilien.*, mand. pro cassatione statuti per præp., decanum, et capit. eccl. Basilien. editi, et juramento firmati, ac per quond. Hartmannum Monachi, tunc intrusum in episcopatu Basilien., confirmati. Vigore dicti statuti vox in capitulo tollitur quatuor canonicis præb. sacerdotales obtinentibus. (*A.* 54, f. 271; *V.* 128, n. 210; Riezler, n. 2067.)

Ut s. — T. XVI.

* **8158.** — *Benedicto Joannis, et Armando de Poma, can. Caturcen.*, mand. ut a mag. Raimundo de Dyosido, cler. Caturcen. di., recuperare procurent 600 lib. tur. et alia bona ac jocalia quond. Ayglinæ, uxori nob. Hugonis, domini Castrinovi, Caturcen. di., ab eodem Hugone causa mortis donata, et per ipsam in pios usus legata : instante Arnaldo Dueza, vicecomite Caramanni, Tolosan. di., ejusd. Ayglinæ fratre. (*A.* 54, f. 50 v°; *V.* 128, n. 7.)

Ut s. — T. XXX.

8159. — *Ep.o Lubicen., et mag. Guillelmo de Sancto Victore, thesaur. Turonen., P. P. not., ac præp. monast. s. Georgii Staden. per præp. soliti gub., Bremen. di.*, iterum mand. pro exsecutione sententiæ per P. P. promulgatæ favore Henrici, electi Hildesemen., olim præp. eccl. Hamburgen., Bremen. di., ad episcop. Hildesemen. per cessionem Ottonis ep.i apud Sed. Ap. vacantem, promoti, contra Henricum de Brunswick, olim can. Hildesemen., a capit. electum et intrusum, ac ex commissione Balduini, archiep.i Treveren., tunc detinentis Maguntin. ecclesiam metropoliticam confirmatum; cum citatione adversus eumdem intrusum et plures canonicos ei adhærentes. (*A.* 54, f. 287 v°; *V.* 128, n. 270; cf. n. 6296, 7178, 7400; Riezler, n. 2068.)

Ut s.

* **8160.** — *Priori de Castrolidi, Cenomanen. di., et Petro de Monteforti, thesaur. Trecoren., ac Guidoni de Calma, can. Lemovicen.*, mand. ut ad eccl. Maclovien., olim regularem O. S. A., sed per Joannem XXII sæcularem constitutam, personaliter accedant, et inquirant an dicta mutatio sit utilis dictæ eccl. et referant, ut, si esset damnosa, ad statum pristinum ipsa eccl. reducatur. (*A.* 54, f. 11 v° (rub.); *V.* 128, n. 224; cf. n. 7494.)

13 (III id.) *mart.* T. XVI.

8161. — *Ep.o Baionen.*, mand. ut, vocato ep.o Aquen., instituat et creet præbendam sacerdotalem, *de requie* nuncupatam, in eccl. de Caupene, Aquen. di., juxta ordinationem testamentariam Geraldæ de Novalhiis, uxoris Bernardi de Bearnio, dicti Laspes, domicelli dictæ di. (*A.* 54, f. 73 v°; *V.* 128, n. 30.)

16 mart. (XVII kal. apr.) T. X.

8162. — *Raimundo de s. Martino, et Joanni de Lautrico, canonicis, ac officiali Narbonen.*, mand. ut procedat ad ulteriora in receptione et examinatione testium ac exsecutione litterarum apost. obtentarum in causa vertente inter Arnaldum, ep.um Magalonen., tunc decanum et capit. eccl. s. Pauli de Fenolhedesio, Electen. di., ex una parte, et Bernardum Arquerii, pro can. dictæ eccl. se gerentem, ex altera; non obstante vacatione decanatus ipsius eccl. (*A.* 54, f. 75 v°; *V.* 128, n. 34.)

17 mart. (XVI kal. apr.) Gr. pro Deo.

* **8163.** — *Ad perp. rei mem.* Confirmatur sententia lata favore Petri, ep.i Montismaran., contra capit. ejusd. eccl. et alios impedientes quominus possessionem dictæ eccl. per obit. Barbati vac. assequi valeat. « Actum Avinione in palatio nostro apostolico... » — In e. m. Januen et Tranen. archiep.is, et ep.o Avenionen. (*A.* 54, f. 96; *V.* 128, n. 70.)

21 mart. (XII kal. apr.) T. XVI.

8164. — *Raimundo, ep.o Valentin.*, mand. ut amoveat occupatores et officiales a Petro rege Aragonum in monast. Vallisdignæ, Cist. ord., Valentin. di., collocatos; in quo quidem monast. abbatis regimine destituto binæ fuerunt in discordia cele-

Datum *Avenione.*

bratæ electiones : altera favore Bernardi Boix, mon. dicti monast., et altera favore Petri Comes, mon. monast. s. s. Crucum, dicti ord., Barchinonen. di. (*A.* 54, f. 79; *V.* 128, n. 40.)

31 mart. (II kal. apr.)

8165. — *Blasio, Vicentin., et Natali, Civitatisnovæ ep.is,* mand. ut faciant informationem in causa vertente inter Franciscum, ep.um Ceneten., ex una parte, et nobiles Riczardum et Gerardum de Cammino, fratres, se comites Ceneten. asserentes, ex altera, super proprietate et jurisdictionibus castrorum de Seravalle, de Cadubrio, Costæ, Vallis Marenis, Czumelarum, de Crudignano, Fregona, Formenita, Rogenzcolo, Mota, Portubrifeledus, Caminus, Cesalto, comitatus Ceneten., quæ utraque pars ad se pertinere asserit. (*A.* 54, f. 271; *V.* 128, n. 209.)

5 (non.) *apr.*

* **8166.** — *Joannes Blesus, se gerens pro mag. Scabino,* et Joannes Liardenois, Joannes Tulley, Gerardinus Leproudons, Jaquetus Litorneires, Gerardus Parivis, Renondus Pochet, Nemenricus Barras, Petrinus Warelz, Hufforius Foret, Esteveninus Pochet, Joannes dictus Lemaires, Valterus gener Henrionis de Parelz, Joannes Waiguart, Petrus Malferel, et Dominicus Boifveur, olim civitatis Tullen. regimini præsidentes, una cum quibusdam *banneris, consulibus, justitiariis, officialibus totaque universitate civit. Tullen.* monentur et requiruntur ut de excessibus et offensis atque damnis contra eccl. Tullen., ac decanum et capit. ejusd. ab eis perpetratis eisdem decano et capit. opportunam emendam faciant et celerem satisfactionem. (*A.* 54, f. 11 v° (rub.); *V.* 128, n. 229.)

7 (VII id.) *apr.*

8167. — *Ad perp. rei mem.* Omnes concessiones bonorum mobilium et immobilium factæ a nonnullis abbatibus monast. Insulæ Barbaræ, O. S. B., Lugdunen. di., mensæ dicti monast. spectantium, revocantur et etiam irritantur; instante Raimundo abb. (*A.* 54, f. 11 v° (rub.); *V.* 128, n. 230.)

Ut s.

8168. — *Athanacen. Lugdunen., et s. Andreæ Viennen. monast., ac S. Girodii in eccl. Anicien. abbatibus,* mand. ut revocationem prædictam in ipso monast. et alibi, ubi eis videbitur expedire, faciant publicari, et bona eidem Raimundo abb. a detinentibus absque diminutione restitui. (*A.* 54, f. 11 v° (rub.); *V.* 128, n. 231.

13 (id.) *apr.*

8169. — *Raimundo Clerici, officiali Convenarum,* committitur administr. bonorum temporalium ad capitula eccl. Convenarum et collegiatæ eccl. s. Gaudentii, dictæ di., pert. Canonici enim in dictis eccl. pro tempore residentes ultra eorum præbendas dicta bona inter se pro libito voluntatis dividebant. Mand. etiam eidem officiali ut « libros compotorum et quaternos punctatorum » a XIII annis citra in dictis eccl. confectorum recipiat et ad Sed. Apost. mittat; nam referente abbate monast. de Lezato, Riven. di., qui de mandato apost. inquisivit, pro reformatione ecclesiarum et capit. prædictorum ita expedire videtur. (*A.* 54, f. 11 (rub.) *V.* 128, n. 223; cf. n. 7403, 9045.)

23 apr. (IX kal. maii.) Gr.

8170. — *Ep.o Valentin.,* mand. ut ab exactione cujusdam pecuniæ quantitatis, quam petit a Petro, ep.o Prænestin., ratione canon., præb., et archidiac. Xativæ, et præposituræ, sive mensatæ, quos in Valentin. eccl. obtinet, omnino desistat, et sententiam propterea promulgatam relaxet, ut supra n. 8152. (*A.* 54, f. 283 v°; *V.* 128, n. 263.)

30 apr. (II kal. maii.) T. X.

8171. — *Arnulpho Marcellini,* can. Agennen., Beneventan. vicerectori, mand. ut ad statum debitum revocare procuret jura et possessiones monast. s. Sophiæ Beneventan., ad R. E. nullo medio pert., O. S. B., per quond. Guillelmum, ejusd. monast. abb., alienata et male gubernata. (*A.* 54, f. 274 v°; *V.* 128, n. 242.)

12 (IV id.) *maii.* T. XII.

8172. — *Gregorio, abb. monast. Yssiodori, O. S. B., Claromonten. di.,* mand. ut constitutiones pro ord. Mon. Nigrorum editas diligenter observet, ita ut Guillelmus Cocha, mon. et camerarius dicti monast. non habeat causam conquerendi, prout ha-

Datum *Avenione.*

buit, ex eo quod ipse abbas illum compellere nititur ad exhibendum vestiarium omnibus monachis claustralibus dicti monast. de fructibus officii camerariæ, 25 lib. tur. val. ann. non exced. (*A.* 54, f. 94; *V.* 128, n. 66.)

14 (II id.) *maii.* T. XVI.

8173. — *Archid. Albien.*, mand. ut, prævia informatione, Bernardum Aurioli, burgensem, et villicos Moysiacen., Caturcen. di., monasterio Moysiacen., Clun. ord., temporaliter subjectos, tamquam sacrilegos puniat, secundum canones. Ipsi enim armata manu et hora nocturna ad dictum monast. hostiliter accesserunt, et duos monachos lethaliter vulnerarunt, scilicet Raimundum Balaguerii, qui ex vulneribus noscitur expirasse, et Barascum de Ponte, qui diu languit et finaliter est curatus. (*A.* 54, f. 284; *V.* 128, n. 264.)

2 (IV non.) *jun.* T. XII.

8174. — *Ricardo de Multis Denariis, de Cremona, jurisp.*, mand. ut inquirat et justitiæ complementum faciat super eo quod Guillelmus de Duroforti, jurisper. Nemausen. di., olim judex in causis criminalibus Comitatus Venaissini, Eccl. Rom. immediate subjecti, varias violentias et oppressiones habitatoribus dicti Comitatus intulit, et ab eis diversas pecuniarum summas impudenter extorsit. (*A.* 54, f. 285 v°; *V.* 128, n. 266 *bis*; 135, f. 34, n. 91; Daumet, n. 724.)

12 (II id.) *jun.* T. XX.

8175. — *Abb. monast. de Cellis, Bituricen. di., et Petro de Scurcula, can. Aurelianen.*, mand. pro decano et capit. cathed. eccl. Turonen., contra capit. colleg. eccl. s. Martini Turonen., qui in processionibus et litaniis volunt et satagunt eisdem capit. et decano cathedralis eccl. adæquari; propter quod frequenter hactenus contingit ut inter dicta capitula surgunt scandala ex quibus processiones et litaniæ impediuntur. (*A.* 54, f. 291; *V.* 128, n. 273.)

14 jun. (XVIII kal. jul.) T. XX.

8176. — *Bertrando, s. Marci pr. card.*, mand. ut in Curia, appellatione remota, studeat terminare causam vertentem inter Petrum, Mirapiscen., Bertrandum, Nivernen., olim Bononien. ep.os, mag. Guillelmum Amici, præp. eccl. Vauren., P. P. cap., et auditorem causarum Palatii Apost., et nonnullos alios, olim capellanos, ac familiares Bertrandi, ep.i Ostien., tunc Apost. Sed. legati, ex una parte, et universitatem, commune, ac populum Bononien., ex altera, super satisfactione damnorum præfatis familiaribus illatorum tempore quo dicti populus et commune adversus ipsum legatum seditionem concitarunt, quam satisfactionem solemniter promiserunt in instrumento reconciliationis. (*A.* 54, f. 291 v°; *V.* 128, n. 274.)

17 jun. (XV kal. jul.) T. XV.

8177. — *Officiali Viennen.*, mand. ut rectores parochialium eccl. civit. et di. Lugdunen. compellat ad solvendum procurationes quæ debentur legatis ac nuntiis apost. cum per civit. et di. prætactas transitum faciunt, juxta sententiam contra ipsos per Raimundum de Salgis, can. Parisien., olim officialem Lugdunen., promulgatam. (*A.* 54, f. 290 v°; *V.* 128, n. 272.)

28 jun. (IV kal. jul.) T. XX.

8178. — *Ad fut. rei mem.* Annotatio reservationis provisionum omnium patriarchalium, archiepiscopalium, episcopalium et aliarum eccl. collegiatarum, necnon abbatiarum, monast., priorat., et aliorum piorum locorum, sæcularium et regularium, exemptorum et non exemptorum, consistentium in patriarchatu Aquilejen., in Mediolanen., Ravennaten., Januen. et Pisan. provinciis a Joanne XXII usque ad Sed. Apost. beneplacitum factæ III kal. aug. an. VI°. (*A.* 54, f. 100 v°; *V.* 128, n. 74; cf. n. 8193.)

5 (III non.) *jul.* T. XXX.

8179. — Quietantia 8,000 flor. auri per mag. Petrum de Bonipetris, juris civilis, et Bonaventuram Jacobini, medicinæ prof., cives Bononien., syndicos communis et populi Bononien., in festo s. s. apost. Petri et Pauli Cameræ apost. assignatorum pro censu anni 1339, quem, secundum conventiones et pacta dudum inter P. P. et

Datum *Avenione.*

syndicos tunc destinatos habita, in signum dominii et superioritatis ejusd. R. E., annis singulis solvere tenentur. (*A.* 54, f. 104; *V.* 128, n. 79; cf. n. 6424 et seq.)

6 (II non.) *jul.* T. XII.

8180. — *Abb. monast. de Besua, et priori de Vallibus prope Poligniacum, Lingonen. et Bisuntin. di.*, mand. ut se informent et referant super eo quod in monast. de Balma, O. S. B., Bisuntin. di., in quo 30 vel 25 moniales esse consueverunt, nunc propter malitiam abbatissæ non nisi 11 moniales ibidem existunt, quarum sex dumtaxat resident. (*A.* 54, f. 104 v°; *V.* 128, n. 81.)

14 (II id.) *jul.* Gr. pro Deo.

8181. — *Ep.o Theatin., et præp. Avenionen., ac cantori s. Joannis Maguntin.*, mand. ut in possessione paroch. eccl. de Erich, Maguntin. di., (juxta sententiam in Rom. curia latam) immittant Henricum de Northunis, dictum Der Baginen, ejusd. eccl. rectorem, invito Joanne de Indagine, filio Frederici de Indagine, militis. (*A.* 54, f. 106; *V.* 128, n. 85.)

15 (id.) *jul.* T. XVI.

8182. — Ablatio omnis impedimenti quod *Reginaldo, abb. monast. s. Audoeni Rothomagen., O. S. B.*, objici posset, pro eo quod post reservationem apost. ejusd. monast. specialem, benedictionis munus ab archiep.o Rothomagen. suo ordinario recepit. (*A.* 54, f. 292; *V.* 128, n. 275.)

23 jul. (X kal. aug.) T. XII.

8183. — *Durando, de Bolbona, et Raimundo, de Berdonis, monast. abbatibus, Cist. ord., Mirapiscen. et Auxitan. di.*, mand. ut justitiam faciant contra Raimundum Fenolhis, Arnaldum Giufre, Bernardum Aynerii, et Bertrandum de Causaco, monachos dicti monast. de Bolbona, carceri mancipatos, qui pro exercenda alchimia et exquirendo thesauro abscondito imaginem ceream fecerunt, quam baptizare volebant. (*A.* 54, f. 294; *V.* 128, n. 281; cf. n. 7503; J. M. Vidal, *Moines alchimistes à Boulbonne*, etc., dans *Bulletin de la société ariégeoise des Lettres*, etc., t. IX, p. 140.)

30 jul. (III kal. aug.) T. XII.

8184. — *Guillelmo de s. Paulo, cler., jurisper.*, in regno Siciliæ collectori, mand. ut bona et redditus ad mensam episcop. Aquinaten. spect. colligere, ad manus P. P. ponere et conservare procuret, quousque fuerit aliud ordinatum; nam eccl. Aquinaten. per obit. Leonardi vac. Sed. Apost. collationi fuit reservata. (*A.* 54, f. 294 v°; *V.* 128, n. 282.)

1 (kal.) *aug.*

8185. — *Thomæ, ep.o Anconitano, ducatus Spoletani vicerectori*, mand. ut, quum Joannes Rigaldi, can. Albien., ejusd. ducatus thesaurarius, rationes suas ad Sed. Apost. personaliter redditurus, ac reliqua integraliter præstiturus de dicto ducatu recesserit, ipse officii thesaurariæ curam gerat, quousque P. P. super hoc providerit. (*A.* 54, f. 333, *origin.*)

12 (II id.) *aug.* T. XVI.

8186. — *Ep.o Florentin.*, mand. ut ep.um Fesulan. ex parte P. P. requirat ut gravamina Martino, abb. monast. s. Bartholomæi Fesulan., O. S. B., ab eo irrogata quanto citius studeat revocare, alioquin ipse ep.us Florentin. illa emendet. — Gravamina autem sunt hæc : bona dicti monast. occupavit, et cum canonicis Fesulan. ac quibusdam « tyrannellis » laicis Florentin., ad mala exercenda potentibus, illa divisit; post promotionem ipsius Martini, quemdam nomine Tancredum, de homicidio alicujus monachi condemnatum, in dicto monast. intrudi, et uti abbatem teneri fecit et facit; ac quemdam consanguineum suum per dictum intrusum fecit de facto recipi in monast. memorato; aliunde ibi receptantur apostatæ, latrones, lenones, etc.; præterea præfatum Nicolaum abb. capi fecit, ut non posset præmissa denuntiare Pontifici; quinimo postquam dictus abbas de monasterio cum cautela discesserit, dictus ep.us fratrem ejusd. abbatis potentia suorum capi fecit, ut sic eumdem abb. retraheret a prædictorum revelatione malorum. (*A.* 54, f. 304 v°; *V.* 128, n. 302.)

13 (id.) *aug.* T. XIV.

8187. — *Archiep.o Cantuarien.*, mand. ut procedere non postponat contra quoscumque, cujuscumque præeminentiæ, dignitatis, ordinis, vel conditionis, sive status exis-

Datum *Avenione.*

tant. tam in regno Angliæ quam extra illud existentes, impedientes mag. Willelmum Delasouche, Eboracen. eccl. decanum, quominus ad Sed. Apost. juxta canonica instituta personaliter accedere valeat, confirmationem electionis suæ ad archiepiscopatum ejusd. eccl. prosecuturus. (*A.* 54, f. 299; *V.* 128, n. 292; Bliss, II, p. 549.)

13 (sic.) aug. Gr. pro Deo.

8188. — *Ep.o Convenarum,* mand. ut ex officio apost. ulterius procedat in negotio inquisitionis ipsi olim commisso contra Arnaldum Bernardi, abb. Bonifontis, Cist. ord., Convenarum di., qui quond. Arnaldum de s. Hilario, dicti monast. mon., ita inhumaniter tractavit, ut fame et frigore absque Pœnitentiæ et Eucharistiæ sacramentis in carcere decessit; cujus quidem corpus, ratione magni frigoris adeo lapidibus glutinatum remansit quod non potuit integrum removeri, donec « cum ligonibus et paliferris » ab inde amotum fuit, et de mand. ipsius abb. in quadam « cista » portatum et in quodam vallo sepultum; instante Beatrice de Borderia, paupere vidua, dictæ di., ejusd. Arnaldi matre. Additur quod circa regulares personas prolixus ordo qui servatur in aliis non est servandus. (*A.* 54, f. 116; *V.* 128, n. 101; cf. n. 7425, 8281.)

Ut s.

8189. — *Bernardo de Lobenchis, archid. Frontinhesii in eccl. Convenarum,* conced. ut decimas proventuum terrarum Vallis Aranni, Convenarum di., quas tenuit sub certa annua pensione a capitulo prædictæ eccl., obtineat quamdiu vixerit. Orta enim inter Bernardum et capit. præfatos quæstione, ipsi mag. Petrum Brasseti, tunc Autissiodoren., nunc Mimaten. can., U. J. D., tanquam juris arbitrum elegerunt. Qui Petrus in sententia statuit ut ipsi canonici præfatas decimas sub 5 lib. tur. annua pensione eidem Bernardo de novo concederent. Cum autem instantibus præbendariis et ministris ejusd. eccl., P. P. abbatem monast. Lesaten., Riven. di., misisset, bona alienata ad mensam ejusd. capit. revocaturum, dictæ decimæ sententialiter per eumdem abb. ad capit. devolutæ fuerunt, ideoque dictus Bernardus ad Sed. Apost. appellavit. (*A.* 54, f. 14 (rub.); *V.* 128, n. 330.)

Ut s. — T. VIII.

8190. — *Collectori fructuum beneficiorum in curia Rom. vac., in Tolosan., Auxitan. et Narbonen. provinciis deputato,* mand. ut, prævia informatione, decimas de Huosio et de Bedalhaco, Convenarum di., ad mensam episcop. Convenarum spect., per obit. Sicardi de Miromonte, eas in benef. personale obtinentis, ad dictam mensam reversuras, et ab ipso collectore ad manus P. P. receptas, ep.o Convenarum dimittat. (*A.* 54, f. 295 v°; *V.* 128, n. 284.)

14 aug. (XIX kal. sept.)

8191. — *Ad fut. rei mem.* Conventui monast. s. Vincentii de Vulturno, ad R. E. nullo medio pert., O. S. B., (Beneventan. di.), inhibetur ne de pastore eidem monast., per obit. Gregorii vac., providere præsumant. (*A.* 91, f. 610 v°; *V.* 128, n. 374.)

15 aug. (XVIII kal. sept.)

8192. — *Albien., et Castren. ep.is, ac decano eccl. b. M. de Villanova prope s. Andream, Avenionen. di.* Quum primitus P. P. declarasset non licuisse mag. Menneto de Roberticuria, can. Montisregalis, Carcassonen. di., facere processus super Inquisitione hær. prav. contra Giraudum Colli, civem Albien., qui quidem Mennetus hac de causa in expensis condemnatus fuit, ideo mandatur ut dicta sententia exsequatur. (*A.* 54, f. 14 (rub.); *V.* 128, n. 327; cf. n. 8153; J. M. Vidal, *Menet de Robécourt,* dans *Moyen-Age,* 1903, p. 444.)

21 aug. (XII kal. sept.) T. XX.

8193. — Annotatio reservationis patriarchalium et aliarum eccl. de quibus habita fuit mentio n. 8178. (*A.* 54, f. 112; *V.* 128, n. 95.)

28 aug. (V kal. sept.) T. XII.

8194. — *Præp. s. Secundi Asten., et rectori de Castagnito, Asten. di., ac gardiano fratr. Min. Asten.,* mand. ut citent Fatinum, perp. capell. Asten., olim rectorem de Antignano, Asten. di., et Jacobum Vacham, de Monteclaro, cler. dictæ di., ut apost.

Datum *Avenione.*

conspectui se præsentent, super certis negotiis P. P. informaturi. (*A.* 54, f. 111 v°; *V.* 128, n. 94.)

17 sept. (xv kal. oct.) * **8195.** — *Ad perp. rei mem.* fiunt ordinationes, statuta, et reformationes in eccl. Convenarum, tam in personis quam in rebus. (*A.* 54, f. 14 v° (rub.); *V.* 128, n. 335.)

30 sept. (II kal. oct.) T. XX. **8196.** — *Mag. Durando de s. Salvatore, can. Viennen., P. P. cap.*, mand. ut ad eccl. Tarentasien. se conferens inquirat et referat super eo quod Jacobus, archiep.us Tarentasien., est adeo negligens, tepidus et remissus, et alias evidentibus defectibus irretitus, ut eccl. sua illum velut inutilem sponsum habens confunditur bonorum suorum dilapidatione; et clerici tam sæc. quam regul. civit. et di. vitam ducunt adeo dissolutam, ut publice tenent concubinas et exercent usuras; canonici quoque regulares præfatæ eccl. in festo Nativitatis Domini prox. præt. adeo in commotione dedisse dicuntur pedes suos, ut in suos concanonicos sæculares tunc cœnantes cum gladiis et fustibus irruentes, multos ex servitoribus eorum percusserunt. (*A.* 54, f 309; *V.* 128, n. 311.)

4 (IV non.) *oct.* **8197.** — *Ep.o Oloren.*, mand. ut inquirat an Bernardus de Saltu et Garsias Arnaldi de Domesano, Baionen., et Petrus de Casamaiori, Tirasonen. canonici, vitam ducant perniciosam exemplo et eosdem, si reperti fuerint culpabiles, ut apost. conspectui personaliter se præsentent, apost. beneplacitis parituri, citare procuret. (*A.* 54, f. 307; *V.* 128, n. 307.)

10 (VI id.) *oct.* * **8198.** — *Jacobo, s. Georgii ad V. A. diac. card.* Annotatur quoddam privilegium Calixti P. P. II (dat. Laterani, per manum Americi, S. R. E. diac. card. et cancellarii, VII id. junii, indictione I^a^, Incarnationis Dominicæ anno 1123, pontif. ejus a. v°) Petro, pr. card. eccl. S. M. quæ tit. Calixti nuncupatur, ejusque successoribus in dicta eccl. canonice promovendis concessum. Agitur de privilegiis parochiæ s. M. Calixti et de juribus ipsius in capellas subjectas eidem, videlicet s. Calixti, s. s. XL Martyrum, s. Joannis prope Portam, s. Sylvestri juxta portam Septimianam, s. Blasii, s. Laurentii, s. Angeli, s. s. Ruffinæ et Secundæ, s. Joannis in Mica aurea. Confirmatur possessio bonorum ejusd. eccl. in diversis locis. (*A.* 54, f. 15 (rub.); *V.* 128, n. 369.)

19 oct. (XIV kal. nov.) T. XII. **8199.** — *Archiep.o Sipontin.*, mand. ut se informet et referat an monast. s. Joannis in Lamis, Cist. ord., suæ di., fuit tempore quo b. m. Mathæus, ep.us Sabinen., illud obtinebat in domibus et ædificiis deterioratum, ac monachorum et aliorum ministrorum numero diminutum, et in quo statu erat quando dictus ep.us illud recepit et quando decessit. (*A.* 54, f. 152; *V.* 128, n. 150.)

Ut s. — T. XII. **8200.** — *Ep.o Lucan.*, mand. idem quoad monast. s. Georgii Lucan., O. S. B. (*A.* 54, f. 152; *V.* 128, n. 151.)

Ut s. — T. X. **8201.** — *Ep.o Tridentin.*, mand. idem quoad monast. s. Laurentii Tridentin., O. S. B. (*A.* 54, f. 152 v°; *V.* 128, n. 152.)

Ut s. — T. XII. **8202.** — *Ep.o Imolen.*, mand. idem quoad priorat. s. Joannis in Monte Bononien., O. S. B. (*A.* 54, f. 152 v°; *V.* 128, n. 153.)

21 oct. (XII kal. nov.) T. XVI. **8203.** — *Raymbaudo de Montebriono*, præceptori domus Hospitalis s. Joannis Hierosolymitani de Montebello, Aretin. di., rectori ducatus Spoletani, mand. ut constitutionem per Bertrandum, s. Marci pr. card., tunc ep.um Ebredunen., editam, et per mag. Joannem de Amelio, archid. Forojulien., Sed. Apost. nuntium, minus bene informatum revocatam auct. apost. decernat fore futuris temporibus inviolabiliter observandam. Ista constitutio statuit ut in terra vocata Normandia, Spoletan. di., non debet constitui rector aliquis per majorem ducalem curiam specialiter depu-

Datum *Avenione.*

tandus, sed homines illius terræ ad dictam majorem curiam tam in civilibus quam in criminalibus recursum habere debent. (*A.* 54, f. 143 v°; *V.* 128, n. 139.)

21 oct. (XII kal. nov.) T. XIV.

8204. — *Archiep.o Terraconen., ac archid. Villæsiccæ in eccl. Terraconen.*, mand. ut citent capit. Dertusen. et Petrum de Pinosio, priorem eccl. Dertusen., apost. conspectui se legitime præsentaturos, ut judicio vel concordia terminetur quæstio inter eos exorta ratione dicti prioratus. (*A.* 54, f. 318; *V.* 128, n. 367.)

25 oct. (VIII kal. nov.) T. X.

8205. — *Raimundo, ep.o, et capit. eccl. Valentin.*, prov. Terraconen., inhibetur ne in præjudicium appellationis a quibusdam canonicis ejusd. eccl. in Rom. Curia morantibus ad Sed. Apost. interpositæ, occasione alicujus decreti dictorum ep.i et capit. super certo canonicorum numero, contra ejusd. eccl. statuta editi, quidquam attentare præsumant. (*A.* 54, f. 319; *V.* 128, n. 370.)

27 oct. (VI kal. nov.) T. XIV.

8206. — *Ep.o Castren., et abb. monast. de Candelio, Albien. di., ac Petro Raimundi de Rapistagno, can. Albien.*, mand. ut recipiant informationem super causis propter quas decanus et capit. eccl. de Burlatio, Castren. di., petunt eccl. suam transferri cum omnibus juribus suis ad locum magis idoneum. (*A.* 54, f. 126; *V.* 128, n. 113.)

30 oct. (III kal. nov.) T. XXX.

8207. — Quietantia 8,000 flor. auri de Florentia per commune, universitatem et populum Bononien., ratione census annui Cameræ apost. persolutorum per manus Michaelis Francisci, civis Bononien., syndici, pro termino festi s.s. Apost. Petri et Pauli. (*A.* 54, f. 123 v°; *V.* 128, n. 111; cf. n. 8248.)

31 oct. (II kal. nov.) T. XIV.

8208. — *Abb. monast. Arulen., Elnen. di., et Raimundo Flori, can. Urgellen.*, mand. ut informationem faciant super eo quod nonnulli canonici eccl. Urgellen. majorem partem reddituum ejusd. eccl. usque ad sex annos pro parvo pretio arrendaverunt, ex quo divinus cultus negligitur; cum citatione dictorum canonicorum. (*A.* 54, f. 144; *V.* 128, n. 140.)

6 (VIII id.) *nov.* T. XIV.

8209. — *Archiep.o Bisuntin.*, mand. ut excommunicatos publice nuntiet Joannem de Villa, mon. monast. de Lutra, ad R. E. nullo medio pert., O. S. B., suæ di., et ejus complices, qui Jacobum, abb. ejusd. monast., ceperunt, et ad fortalicium nob. Jacobi, domini de Acella, ejusd. di., duxerunt; necnon ipsum Jacobum, qui dictum abbatem recepit et per circa XXXVI septimanas in compedibus et manicis ferreis in carcere tenuit ipsi panem azymum ministrando, ad hoc ut idem abbas squalore carceris et tenui alimonia maceratus per pecuniam se redimere cogeretur. Cum autem ipse abbas nollet vel non posset se redimere, quidam probi viri compatientes ei, præter ejus assensum se obligaverunt pro eo sub certis pœnis pecuniariis, præstito juramento quod nisi dictam pecuniam solverent, illum, post obligationem hujusmodi relaxatum, ad carcerem reducerent. Mand. archiep.o Bisuntin. ut juramentum hujusmodi relaxet. (*A.* 91, f. 610 v°; et *A.* 54, f. 321; *V.* 128, n. 375.)

9 (V id.) *nov.* T. XII.

8210. — *Archiep.o Januen., et præp. monast. Leboracen. per præp. soliti gub., Argentinen. di., ac archid. Norwicen.*, mand. ut procedant ad ulteriora in exsecutione sententiarum per Conradum de Gisenheim, rectorem eccl. de Rinowe, Argentinen. di., in palatio Apost. obtentarum contra Ludovicum de Tiersteim super eadem eccl. (*A.* 54, f. 140; *V.* 128, n. 133.)

13 (id.) *nov.* T. CC.

8211. — *Pro Universitate, communi, et populo Bononien.*, prorogatio termini assignati ad ratificandum conventiones super eorum reconciliatione initas, attento quod Beltraminus, olim Cuman. ep.us, ad partes illas destinatus, propter viarum discrimina et alia impedimenta non potest commode infra dictum terminum ad P. P. præsentiam redire, et instrumentum super præmissis confectum realiter assignare. (*A.* 54, f. 151; *V.* 128, n. 148; Theiner, *Cod. dipl.*, t. II, p. 98.)

Datum *Avenione*.

15 nov. (XVII kal. dec.) T. X.

3212. — *Neapoleoni*, priori Hospitalis s. Joannis Hierosolymitani de Venetiis, Castellan. di., Campaniæ Maritimæque rectori, mand. ut, universitatum, civitatum, castrorum et aliorum locorum illius provinciæ auxilio invocato, faciat justitiæ debitum super eo quod nob. Adenulphus de Ceccano, de dicta provincia Campaniæ, Blasium Petri, Nicolaum de Stephano, Joannem Capudcere, Nicolaum de Bernardo, Nicolaum Bartholomæi, Andream et Tadhæum Petri, de Cerreto, ac Bartholomæum Thomasii, incolas castri Rochæ de Archis infra regnum Siciliæ in ejus confinibus existentis, vassallos et subditos Roberti, regis Siciliæ, capi fecit et tormentis exponi, petens a dicto Blasio ut dicta Rocha ad manus suas, ipsis procurantibus, perveniret. (*A.* 54, f. 142 v°; *V.* 128, n. 137; Theiner, *op. cit.*, p. 99.)

17 nov. (XV kal. dec.)

3213. — *Ad perp. rei mem.* Duæ capellaniæ fundandæ in paroch. eccl. s. Bartholomæi Caturcen., juxta voluntatem Joannis XXII, ibidem fundantur et dotantur, et in eis duo capellani instituuntur in perpetuum, qui, vice prima per P. P., et deinceps per ep.um Caturcen. designabuntur. (*A.* 54, f. 14 (rub.); *V.* 128, n. 323.)

20 nov. (XII kal. dec.) T. L.

* **3214.** — *Abb. monast. Athanacen., et sacristæ Lugdunen., ac Bertrando Malisanguinis, can. Massilien.*, mand. ut faciant publicationem cassationis instrumenti quo quond. Humbertus de Claromonte, decanus, Symbondus de Claromonte, ministralis, Guigo de Amaysino, sacrista, Franciscus Lombardi, cantor, Humbertus Lombardi, capiscolus, Guillelmus de Viriaco, Guido de Torchifellone, Jocerandus de Venthia, Jacobus de Balone, Joannes de Contamina, Joannes de Fuers, Aymarus de Borciano, Aymo Lobeti, Hugo Ramestang et Humbertus de Besanz, canonici Viennen., Humberto Dalphino Viennen. et successoribus ejus custodiam civit. Viennen. et domus Canalium, ac jura meri et mixti imperii ad archiep.um Viennen. et capit. dictæ eccl. pert. commiserunt et tradiderunt, Sede Apost. et dicto archiep.o inconsultis. (*A.* 54, f. 168; *V.* 128, n. 173; cf. n. 9105.)

Ut s. — T. CCC.

* **3215.** — *Ad perp. rei mem.* Mand. pro publicatione declarationis prædictæ. (*A.* 54, f. 179; *V.* 128, n. 188; *Gallia Christ.* XVI, *instr.*, col. 67.)

21 nov. (XI kal. dec.) T. XXXIV.

3216. — *Ad fut. rei mem.* Processus contra Philippum de Bellojoco, can. Lingonen., qui cum quibusdam aliis, armata manu, nocturno tempore, castrum de Burgo, Lingonen. di., ad Joannem ep.um Lingonen. pertinens hostiliter invadens, januam fregit et quatuor equos ac homines cepit; die autem sequenti in villa de Montigneio, ejusd. ep.i, 150 boves et jumenta secum abduxit, quatuor homines crudeliter trucidavit, aliaque damna ep.o intulit. Citantur ipse Philippus et ejus complices. (*A.* 54, f. 147 v°; *V.* 128, n. 145; cf. n. 9137.)

25 nov. (VII kal. dec.) T. XVI.

3217. — Relaxatio juramenti per Willelmum La Souche, decanum eccl. Eboracen., ac Radulphum Thourvil, can. Lichefelden., ipsius famil., præstiti: scilicet quod non revelarent nomina Joannis de Blonay, Odonis de Verde, militum, Guillelmi de s. Germano et Nicolai de s. Apro, domicellorum, civium Gebennen., qui prope civit. Gebennen., citra pontem, in terra comitis Gebennen., eosdem decanum et can. violenter captivarunt, vulnerarunt, et extra viam publicam ad locum de Lausanna, in terra nob. Ludovici de Sabaudia, ipsos deducentes, bonis omnibus spoliarunt, eosque jurare coegerunt ut redirent sub eorum captivitate cum summa 200 flor. auri. (*A.* 54, f. 156; *V.* 128, n. 159; cf. n. 8880, 9086; Bliss, II, p. 547.)

4 (II non.) *dec.*

3218. — *Ad perp. rei mem.* Decernitur ut capitula Mirapiscen. et Vauren. ecclesiarum, olim monasteriorum O. S. B., di. Tolosan., per Joannem XXII in cathedrales erectarum, ad electionem præsulis procedere valeant in perpetuum, secundum canonica statuta Sanctorum Patrum; dictus enim Joannes P. P. hac de re quidquam non ordinavit. (*V.* 128, n. 420.)

Datum *Avenione*.

10 (IV id.) *dec.* T. XVI.

8219. — *Ep.o Caminen.*, mand. ut inquirat an ep.us Brandeburgen. violentias et injurias intulerit Joanni, abb. monast. in Colbaz, Caminen. di., et impedimenta præstiterit quominus posset procedere cum collegis suis super criminibus quæ Theodoricus de Rappin objiciebat contra Nicolaum de Lison et Hermannum, dictum de Prisvalch, monachos dicti monast.; et si repererit ita esse, eosdem ep.um et monachos citet ad curiam super illis justitiam recepturos. (*A.* 54, f. 332 (frag.); *V.* 128, n. 393; Riezler, n. 2090.)

19 dec. (XIV kal. jan.) T. XII.

8220. — *Abb. monast. Cistercii ejusque coabbatibus,* in proximo generali capitulo apud Cistercium, Cabillonen. di., congregandis, mand. ut reassumere et decidere procurent causam in Rom. curia vertentem inter Guillelmum, abb. monast. Grandis Silvæ, Cist. ord., Tolosan. di., ex una parte, et quosdam monachos ejusd. monast., ex altera, super quibusdam criminalibus articulis ab iisdem monachis contra dictum Guillelmum propositis; eisdem transmittitur processus in dicta Rom. curia habitus (*A.* 54, f. 332; *V.* 128, n. 392; cf. n. 6330, 7411, 7466, 7469.)

23 dec. (X kal. jan.) T. XVI.

8221. — *Morinen., et Tornacen. ep.is,* mand. ut juxta litterarum dicto ep.o Morinen. directarum continentiam, (n. 7430) procedant contra Petrum Peit, olim mon. monast. de Dunis, Cist. ord., Morinen. di., qui propter apostasiam per generale capit. apud Cistertium celebratum ad carcerem condemnatus, cum communitatibus quarumdam villarum de Flandria, videlicet Brugi, Gandavi, et Ipri, Morinen. et Tornacen. di., societate inita, cum multitudine armatorum ad dictum monast. se contulit, et multa bona mobilia 7,000 flor. auri valentia rapuit, abbatem et monachos contumeliis afficiendo et fugando: instantibus Cistercien., de Firmitate, de Pontiniaco, et Clarævallis, Cist. ord., Cabillonen., Autissiodoren., et Lingonen. di., monast. abbatibus. (*A.* 54, f. 172 v°; *V.* 128, n. 179.)

31 dec. (II kal. jan.) T. XXVI.

8222. — *Verden., et Osnaburgen. ep.is, ac decano s. Joannis Osnaburgen.*, mand. pro exsecutione et aggravatione sententiarum in Rom. curia latarum favore Joannis de Hunevelt, can. Padeburnen., contra Joannem, germanum Frederici de Brenche, militis, qui pro plebano eccl. in Saltkoten, Padeburnen. di., se gerit et dictum Joannem de Hunevelt de suis canon. et præb. per violentiam spoliavit. (*A.* 54, f. 164 v°; *V.* 128, n. 171.)

5 (non.) *jan. 1341.*

8223. — *Succentori eccl. Remen.*, committitur ut se informet an Laurentius, dictus Lor, de Entines, et Durandus, dictus Duran, Mariæ Lescrime filius, laici Leodien. di., juste impediant decanum et capit. eccl. s. Pauli Leodien. ne percipiant integras decimas in paroch. eccl. de Hamay, dictæ di., et super hoc faciat justitiæ complementum. (*A.* 54, f. 16 (rub.); *V.* 128, n. 403.)

Ut s. — T. X.

8224. — Prorogatio ad biennium semestris temporis per b. m. Mathæum, ep.um Sabinen., *Gaucelino, ep.o Albanen., Jacobo, s. Georgii ad V. A, et Galhardo, s. Luciæ in Silice diac. card.*, testamenti sui exsecutoribus, assignati pro exsecutione testamenti ejusdem. (A. 54, f. 178 v°; *V.* 128, n. 187.)

? — T. XVIII.

8225. — *Universis Christifidelibus* etc. Annotatio litterarum Joannis XXII præp. s. Stephani et Berengario Maynardi, can. Majoris Narbonen. eccl., ac officiali Narbonen. directarum, favore Francisci de Collemedio, archipr.i Minerbesii, Narbonen. di., contra nonnullos rectores eccl. in dicto archipresb. existentium, qui sub prætextu divisionis archiepiscopatus Narbonen. in s. Pontii Tomeriarum et Electen. di., procurationes ipsi debitas denegabant. Hæc annotatio fit pro Joanne de Roderico, hodierno archipr.o. (*A.* 54, f. 147; *V.* 128, n. 144.)

Datum *Avenione.*

BENEDICTI XII

LITTERÆ DE CURIA

ANNI VI (1340)

17 jan. 1340. (XVI kal. feb.)

8226. — Approbatio rationum per Petrum Piscis, civem Mirapiscen., P. P. famil., (moderatorem operum quæ in palatiis Avenion. et Pontis Sorgiæ fiunt), redditarum de omnibus receptis et expensis a principio mensis aprilis anni 1335 usque ad finem julii anni 1337, in prædictis palatiis. (*A.* 54, f. 21 ; *V.* 128, n. 1 *de cur.* ; 135, f. 4, n. 9 ; Daumet, n. 684.)

20 feb. (X kal. mart.)

* **8227.** — *Archid. Cameracen.*, mand. ut se informet et referat super machinationibus quas Henricus de Goldonia, can. Cameracen., dicitur commisisse contra regem Franciæ et ipsius regnum. (*V.* 128, n. 31 *de cur.* ; Riezler, n. 2064 ; Daumet, n. 692.)

Ut s.

8228. — Suspenduntur omnia privilegia per Sed. Apost. magistris et scholaribus Parisien. concessa, usque ad ejusd. Sed. beneplacitum ; attento quod nuntii eorumdem mag. et scholarium cum dictis privilegiis ad Rom. Curiam destinati illicentiati temere recesserunt. Mand. *ep.o Silvanecten.*, dictorum privilegiorum conservatori, ut suspensionem hujusmodi in studio Parisien. et locis aliis publicare procuret et rescribat. (*A.* 54, f. 21 ; *V.* 128, n. 2 *de cur.* ; cf. n. 8295 ; Denifle, *Chart.*, n. 1033 ; Daumet, n. 691.)

1 (kal.) *mart.*

8229. — Salarium 3,000 flor. auri, de Urbis proventibus solvendorum, assignatur nobilibus Theobaldo de s. Eustachio et Martino Francisci de filiis Stephani, de dicta Urbe, quibus P. P. officia senatoriæ, capitaneatus, syndicatus et defensoratus pro sex mensibus dumtaxat commisit. (*A.* 54, f. 21 v° ; *V.* 128, n. 4 *de cur.* ; Theiner, *Cod. dipl.*, t. II, p. 67.)

Ut s.

8230. — Committuntur dicta officia præfatis nobilibus, usque ad sex menses dumtaxat. (*A.* 54, f. 21 v° ; *V.* 128, n. 3 *de cur.* ; Theiner, *Cod. dipl.*, p. 66.)

Ut s.

8231. — *Populo Urbis*, mand. ut eosdem nobiles digna honorificentia pertractet, et circa prosecutionem regiminis dicti capitaneatus pareat et intendat. (*A.* 54, f. 22 ; *V.* 128, n. 5 *de cur.*)

8 (VIII id.) *mart.*

8232. — *Ad fut. rei mem.* Stephanus, dictus Malion, olim Senogien. et s. Germani Monten., Cameracen. di., ecclesiarum can. præbendatus, privatur omnibus benef. quæ obtinet, ita ut sit inhabilis perpetuo ad alia obtinenda. Ipse enim in consistorio coram P. P. et cardinalibus spontanee confessus est quod ex parte Eduardi, regis Angliæ, tanquam vicarii Ludovici de Bavaria se imperatorem Romanorum nominare præsumentis, quasdam litteras citatorias ep.o Cameracen. præsentarat, continentes quod idem ep.us, ad videndum privationem omnium bonorum quæ ab Imperio tenebat certo

Datum *Avenione.*

termino coram dicto rege tanquam Imperii vicario compareret. — In e. m. abb. monast. s. Sepulchri, et præp. s. Gaugerici, ac archid. majoris Cameracen. eccl. (*A.* 54, f. 24 v°; *V.* 128, n. 11 *de cur.*; cf. n. 8892; Riezler, n. 2071; Daumet, n. 704-705.)

11 (v id.) *mart.* **8233**. — *Archiep.o Neapolitan.*, mand. ut quemdam Armenum, vocatum fratrem Apostolorum, qui, licet non secundum formam Ecclesiæ baptizatus, se archiep.um Nicopolitan. nominari facit, in civit. Neapolitan. latinos clericos ordinat, ecclesias et altaria latinorum consecrat, et nonnullis erroribus dicitur esse respersus, capi faciat, et sub fida custodia ad Rom. curiam destinare procuret. (*A.* 54, f. 22 v°; *V.* 128, n. 6 *de cur.*)

1 (kal.) *apr.* **8234**. — Securus conductus pro nonnullis nuntiis per Ludovicum de Bavaria pro negotio reconciliationis suæ et per quosdam principes Alamanniæ ad P. P. destinatis; præsentibus post quinque menses minime valituris. (*A.* 54, f. 22 v°; *V.* 128, n. 7 *de cur.*)

17 apr. (xv kal. maii.) **8235**. — *Richardo de Multis Denariis, de Cremona, jurisper., et Percivallo de Bergamo, servienti P. P. armorum*, mand. ut inquirant contra quosdam perditionis filios qui nob. Nicolinum de Flisco, de Janua, in Rom. Curia in lecto quiescentem, ac nobiles Gabrielem, ejus filium, et Andream de Janua, domicellum, ejus familiarem, ceperunt et extra dictam Curiam captivos duxerunt. (*A.* 54, f. 23; *V.* 128, n. 8 *de cur.*; 135, f. 25 v°, n. 76; cf. n. 8236, 8238, 8240, 8250, 8293; Daumet, n. 716.)

Ut s. * **8236**. — *Bonifacio, ep.o Mutinen., et magistris Philippo de Ancilla, priori s. Petri Scheradii Florentin., ac Carbono de Monte Lupone, scholast. Ispalen., P. P. capellanis*, mand ut etiam inquirant contra præfates culpabiles. (A. 54, f. 23 v°; *V.* 128, n. 9 *de cur.*; 135,f. 24, n. 75; Baluzii *Vit. Pap. Av.*, II, col. 595; Daumet, n. 715; cf. n. 8235, 8240, 8250, 8293.)

24 apr. (viii kal. maii.) **8237**. — *Ep.o Tarvien.*, mand. ut inquirat et referat super statu eccl. Lectoren.; nam Guillelmus, archiep.us Auxitan., in suo officio visitationis inter cætera reperit quod licet xii canonici esse debeant in dicta eccl., scilicet iv subdiaconi, iv diaconi, et iv sacerdotes, ii tantum ibidem resident, quorum unus in sacerdotio est constitutus, et adeo gravi infirmitate detentus ut in horis atque missis raro potest deservire; alii autem, receptis præbendarum fructibus, se absentant, nec revertuntur nisi tempore recollectionis fructuum, dimittentes in eccl. vicarios inutiles, qui nec resident, nec divinis obsequiis insistunt, etc. (*V.* 128, n. 30 *de cur.*)

6 (ii non.) *maii.* **8238**. — *Bonifacio, ep.o Mutinen., et mag. Philippo de Ancilla, priori s. Petri Scheradii Florentin., ac Carbono de Montelupone, scholast. Ispalen., P.P. capellanis*, mand. ut contra illos quos de narratis n. 8235 culpabiles vel suspectos reperisse dicuntur, realiter et personaliter, citra mortem, membri mutilationem et traditionem curiæ sæculari exhibeant justitiæ complementum. (*A.* 54, f. 24; *V.* 128, n. 10 *de cur.*; 135, f. 25 v°, n. 77; cf. n. 8235, 8236, 8240, 8250, 8293; Daumet, n. 718.)

23 maii. (x kal. jun.) **8239**. — *Archiep.o Baren., et ep.o Rapollan.*, mand. ut inquirant contra quosdam cives Bisinianen. et alios locorum vicinorum qui, die dominica infra octavam præteritæ Nativitatis s. Joannis Baptistæ, collecta multitudine armatorum, ecclesiam Bisinianen. Sed. Apost. immediate subjectam, ac domos episcopales eidem eccl. conjunctas hostiliter invaserunt, januas fregerunt et combusserunt, posteaque evaginatis gladiis quosdam familiares Frederici ep.i in ejus præsentia trucidarunt; dictumque ep.um et 20 famil. ipsius, cler. et laicos, captivos duxerunt usque ad confinia civitatis, ubi ipsum ep.um et omnes præfatos familiares crudelissime occiderunt; postea vero dicto ep.o « caput et manus horribiliter amputantes secum in ostentatione sic horrendi flagitii publice adsportarunt » omnium corporibus inhumatis in bestia-

Datum *Avenione.*

rium et volatilium escam derelictis; imo custodes deputarunt qui non permitterent illa corpora sepeliri. Sanctorum autem reliquias, cruces, calices, paramenta pontificalia, totumque thesaurum eccl. omniaque bona ejusd. ep.i in eisdem domibus et extra ausu sacrilego rapuerunt, adsportaverunt et inter se diviserunt. (*A.* **54**, f. **25**; *V.* 128, n. 12 *de cur.*)

30 maii. (III kal. jun.)

8240. — *Archiep.is, et cæteris personis eccl. regni Franciæ, etc.* Amovetur interdictum latum contra civitates et loca in quibus nobiles Nicolinus et Gabriel de Flisco, de Janua, et Andreas de Janua, eorum famil., detenti fuerunt captivi; Philippus enim rex Francorum P. P. scripsit quod, quam cito audivit dictos captos in regno suo existere, statim mandavit ut ipsi ad P.P. præsentiam reducerentur. (*A.* **54**, f. **26**; *V.* **128**, n. 13 *de cur.*; 135, f. 100 v°, n. 267; cf. n. 8235, 8236, 8238, 8250, 8293; Daumet, n. 722.)

14 jun. (XVIII kal. jul.)

* **8241.** — *Ad perp. rei mem.* Quædam supplentur, moderantur, declarantur et ordinantur in certis capitulis litterarum super reconciliatione civit. Bononien. confectarum. (*V.* 128, n. 48 *de cur.*; cf. n. 6422 et seq., 8356; Theiner, *Cod. dipl.* II, p. 69-78; Raynaldi, an. 1340, n. LIX.)

15 jun. (XVII kal. jul.)

8242. — *Beltramino, ep.o Cuman., Apost. Sed. nuntio,* mand. ut judices appellationum (qui a Rom. Pontif. juxta litteras super reconciliatione civit. Bononien. confectas, in dicta civit. ordinari debent) viros honestos, cives Bononien., et Rom. eccl. fideles, auct. apost. ordinet in eadem, et cætera alia in dictis litteris contenta expedire ac exsequi studeat, juxta earumdem continentiam litterarum. (*V.* 128, n. 49 *de cur.*; Theiner, *op. cit.* p. 81; cf. n. 6422 et seq.)

Ut s.

* **8243.** — *Beltramino, ep.o Cuman., Apost. Sedis nuntio,* mand. ut ad civitat. Bononien. se transferat, ac sententias et pœnas quas universitas, commune ac populus Bononien. incurrerunt relaxet secundum formam litterarum super hiis confectarum. (*V.* 128, n. 43 *de cur.*; Theiner, *op. cit.*, p. 78.)

Ut s.

8244. — *Ad. perp. rei mem.* Qui a conestabilibus stipendiariorum civit. Bononien. juramentum fidelitatis recipere debent, ipsi in manibus Beltramini, ep.i Cuman., Apost. Sed. nuntii, jurare debent, futuris autem temporibus in manibus ep.i Bononien. qui erit pro tempore, vel, sede vacante, in manibus capit. Bononien. (*V.* 128, n. 50 *de cur.*; Theiner, *op. cit.*, p. 82.)

Ut s.

* **8245.** — *Eidem Beltramino,* committitur ut Thadæo de Pepulis, L. D., civi Bononien., cujus diligentia civitas, comitatus et districtus Bononien. fuerunt in statu pacifico conservati, committat administrationem jurium et bonorum ad R. E. in eisdem civit. et districtu pertinentium. (*V.* 128, n. 44 *de cur.*; Theiner, *op. cit.*, p. 80; Raynaldi, an. 1340, n. LX.)

Ut s.

* **8246.** — *Rimbaldo, ep.o Imolen., rectori Romandiolæ,* committitur ut postquam a Beltramino, ep.o Cuman., Apost. Sed. nuntio, deputati fuerint potestas seu capitaneus in civit. Bononien., si infra tempus officii eorum contingat eos cedere vel decedere, vel eorum officia lapsu temporis exspirare, electos ad hujusmodi officia per commune Bononien. possit auct. apost. deputare. (*V.* 128, n. 45 *de cur.*; cf. n. 6428, 6474.)

Ut s.

8247. — *Ad fut. rei mem.* Explanatur quoddam capitulum in litteris pro Bononien. nuper confectis, quæ incipiunt « dudum accedentibus » (n. 8243) insertum, quod de expulsis de civitate prædicta loquitur. (*V.* 128, n. 46 *de cur.*; Theiner, *op. cit.*, p. 81.)

Ut s.

8248. — *Universis præsentes litteras inspecturis.* — Prorogatur usque ad prox. festum Omnium Sanctorum terminus solutionis census 8,000 flor. auri, quem universitas populi et communis Bononien. P.P. et cardinalium Collegio debebant solvere in futuro festo ss. Apost. Petri et Pauli. (*V.* 128, n. 47; cf. n. 8207.)

Datum *Avenione.*

16 jun. (XVI kal. jul.)

8249. — *Raimundo, ep.o Cassinen.*, mand. ut ad Urbem se transferat, et impedientes Theobaldum de s. Eustachio et Martinum Francisci, Urbis senatores, auct. apost. deputatos in senatorio officio, ut ab impedimentis desistant compellat per debita juris remedia. (*V.* 128, n. 32 *de cur.*)

20 jun. (XII kal. jul.)

* **8250.** — *Narbonen., Tolosan,. Lugdunen., Senonen., Remen., Rothomagen., Turonen., Bituricen., Auxitan., Burdegalen., Tarantasien., Ebredunen., Bisuntin., Arelaten., Aquen., et Viennen. archiep.is eorumque suffraganeis, necnon universis et singulis monast. et priorat. abbatibus, et prioribus, et eccl. decanis, præp. et archid.is, rectoribus, vicariis et curatis, ac universis et singulis Præd., Min., Erem. S. A. et Carmelit. fratrum ordinum prioribus et gardianis et aliis personis ecclesiasticis provinciarum et di. prædictarum*, mand. ut sublationem et relaxationem interdicti positi in locis in quibus detenti fuerant Nicolinus de Flisco, Gabriel, natus ejus, et Andreas de Janua, domicellus et famil. ipsius, cum sint restituti in Curia, publicare procurent. (*A.* 54, f. 313 (fragm.); *V.* 135, n. 101 v°, n. 269; 128, n. 33 *de cur.*; cf. n. 8235, 8236, 8238, 8240, 8293; Daumet, n. 730.)

22 jun. (X kal. jul.)

8251. — *Archiep.o Rothomagen.*, mand. ut litteras quas Gaufridus Mareys, cler. suæ di., ab Apost. Sed. dicitur obtinuisse ad habendum benef., falsi suspectas, ad dictam Sed. transmittat, et ipsum Gaufridum capi faciat ac detineat quousque aliud habuerit in mandatis. (*V.* 128, n. 34 *de cur.*; Daumet, n. 732.)

6 (II non.) *jul.*

8252. — *Ep.o Albien.*, mand. ut Bartholomæum Maurelli et Guillelmum Fransa, laicos civit. et di. Albien., citare procuret ut personaliter apost. conspectui se præsentent; nam cum eis de quibusdam relatis, quæ negotium fidei tangunt, indagare vult P.P. et scire plenarie veritatem. (*A.* 54, f. 26 v°; V. 128, n. 14 *de cur.*; Daumet, n. 743.)

Ut s.

8253. — Tempus sex mensium quo *nobiles Theobaldus de S. Eustachio et Martinus Francisci de filiis Stephani, de Urbe*, off. Senatoriæ pro P.P. in dicta Urbe gerentes, idem off. exercere debent, computandum est a die quo ipsum off. receperunt et ad Capitolium ascenderunt. (*A.* 54, f. 27; V. 128, n. 15 *de cur.*; Theiner, *Cod. dipl.*, II, p. 85.)

14 (II id.) *jul.*

* **8254.** — *Ad. fut. rei mem.* Reconciliatio civit. Terdonen.; cujus inseritur instrumentum. (V. 128, n. 36 *de cur.*; cf. n. 8360.)

Ut s.

8255. — *Ep.o Terdonen.*, committitur ut absolvat personas singulares civit., comitatus et districtus Terdonen., excommunicatas propter participationem et treugas factas cum quibusdam rebellibus Eccl. et cum Ludovico de Bavaria. (V. 128, n. 37 *de cur.*; cf. n. 8360.)

29 jul. (IV kal. aug.)

8256. — *Ep.o Carcassonen.*, mand. ut Bartholomæum Alberti, notarium Inquisitionis Carcassonen., ex parte P. P. citet ut infra XX dies personaliter apost. conspectui se præsentet super quibusdam negotium fidei tangentibus responsurus. (*V.* 128, n. 35 *de cur.*; Daumet, n. 745.)

27 aug. (VI kal. sept.)

8257. — *Archiep.o Bisuntin.*, mand. ut Conradum de Rupeleonis, militem Treveren. di., et alios auctores falsarum litterarum apost., in quibus dicti Conradi benefactoribus pro redimendis Christianis a Sarracenis in regno Granatæ detentis, insolitæ et informes remissiones ac indulgentiæ conceduntur, faciat comprehendi; ipsosque, necnon Joannem de Thionville, dictum de Metis, domicellum Meten. di., dicti Conradi nuntium et famil., (qui in villa de Conflans et pluribus allis villis et parochiis Bisuntin. di., prætextu dictarum litterarum malos quæstus et prædicationes faciens captus fuit, et per dictum archiep. detinetur), una cum omnibus eorum scriptu-

Datum *Avenione.*

ris sub tuta custodia P. P. quanto citius destinare procuret. (*A.* 54, f. 30 v°; *V.* 128, n. 21 *de cur.*; Sauerland, n. 775; Daumet, n. 770.)

28 aug. (v kal. sept.) **8258.** — *Geraldo Clerici*, priori s. Jacobi Montisalban., O. S. B., decr. doct., committitur cura et administr. monast. Insulæ Barbaræ, ejusd. ord., Lugdunen. di., per obit. Raimundi, abb., vac., usque ad Sedis Apost. beneplacitum. (*V.* 128, n. 38 *de cur.*; Daumet, n. 771.)

1 (kal.) *sept.* **8259.** — Salarium 3,000 flor. auri de proventibus Urbis solvendum assignatur *nobilibus Urso, comiti Anguillariæ, et Jordano de filiis Ursi, militi, de dicta Urbe*, off. Senatoriæ ejusd. Urbis usque ad sex menses pro P. P. exercentibus. (*A.* 54, f. 27; *V.* 128, n. 16 *de cur.*)

Ut s. **8260.** — *Populo Urbis*, mand. ut dictos comitem et militem honorifice pertractet. (*A.* 54, f. 29 v°; *V.* 128, n. 19 *de cur.*)

6 (viii id.) *sept.* **8261.** — *Vicariis in spiritualibus ep.i Theatin.*, mand. ut nomine P. P. et Eccl. Rom. ad manus suas recipiant et teneant monast. s. Joannis in Venere, O. S. B., Theatin. di., et castra ac bona ipsius monast., abbatis regimine destituti, quæ nob. Carolus Artus occupavit, et commisit Mathæo de Rossano, ord. min. apostatæ, ac Nicolao de s. Eufanio, viris infamibus et dissolutis; minime enim decet Robertum, regem Siciliæ, hujusmodi gravamina reprehensibilia et enormia sub dissimulatione habere. (*A.* 54, f. 30; *V.* 128, n. 20 *de cur.*)

Ut s. **8262.** — *Conventui monast. s. Joannis in Venere, O. S. B., Theatin. di.*, mand. ut vicariis Guillelmi, ep.i Theatin., prædictis devote parere curent. — In e. m. clero terrarum, et universis vassallis ipsius monast. (*A.* 54, f. 31 v°; *V.* 124, n. 20 *de cur.*)

11 (iii id.) *sept.* **8263.** — *Ep.o Lucionen., vel ejus vicario in spiritualibus*, mand. ut Guillelmum Meliardi, cler. Lucionen., quanto citius ad P. P. mittat ipsumque etiam sub fida custodia, si expediat, ad Rom. curiam venire compellat, super quibusdam coram P. P. testimonium perhibiturum veritati. (*A.* 54, f. 32; *V.* 128, n. 22 *de cur.*; Daumet, n. 781.)

Ut s. **8264.** — Mand. simile *Oliverio, electo Nanneten.* (*A.* 54, f. 27, 32; *V.* 128, n. 17, 23 *de cur.*; Daumet, n. 780.)

30 sept. (ii kal. oct.) **8265.** — *Mag. Durando de s. Salvatore, can. Viennen., P. P. cap.*, mand. ut inquirat an Jacobus, archiep.us Tarantasien., ad archiepiscopalem dignit. ejusd. eccl., ulla forma electionis canonica præcedente, per vitium simoniæ sit promotus, et si res ita sint, dictum archiep.um et omnes culpabiles, ut apost. se conspectui præsentent certo peremptorio termino citet. (*V.* 128, n. 53 *de cur.*; Daumet, n. 785.)

2 (vi non.) *oct.* **8266.** — *Eidem* mand. ut ad eccl. Tarantasien. accedens, de facultatibus ipsius, de numero canonicorum, tam regularium quam sæcularium, et clericorum, ac de præbendis, quæ ipsis residentibus vel non residentibus annis singulis ministrantur, necnon de cultu divino, et de statutis ac consuetudinibus ipsius eccl. inquirat et referat. (*V.* 128, n. 40 *de cur.*; Daumet, n. 786.)

5 (iii non.) *oct.* **8267.** — *Mag. Guigoni de s. Germano, præp. Anicien., P. P. not., rectori Patrim. b. Petri in Tuscia*, committitur reformatio monast. s. Pauli de Urbe, O. S. B., ad R. E. nullo medio pert., quod propter insolentiam Joannis, abb., et monachorum, dum antea florere in spiritualibus et temporalibus abundare consueverat, collapsum est in utrisque. Dicitur quod Joannes, ep.us Anagnin., P. P. in Urbe in spiritualibus vicarius, et mag. Petrus Laurentii, altararius Basil. Principis Apost., quibus hæc reformatio commissa fuerat, licet inquisiverint, ad ullam tamen reformationem duxerunt procedendum. (*V.* 128, n. 39 *de cur.*)

18 oct. (xv kal. nov.) **8268.** — Securus conductus pro nuntiis a Ludovico de Bavaria, pro negotio reconciliationis suæ, et a nonnullis principibus Alamanniæ ad P. P. destinatis. (*V.* 128, n. 51 *de cur.*; Riezler, n. 2082.)

Datum *Avenione*.

21 oct. (XII kal. nov.)

3269. — *Patavien. et Constantien. ep.is*, mand. ut si per informationem constiterit eis Albertum Alberti, de Vitra, pr. Patavien. di., esse confectorem litterarum falsarum super provisione ab Apost. Sed. de benef. ad abb. et conv. Kochewet, dictæ di., collat. pertinente facienda, vel dictis litteris usum fuisse, ipsum et consentientes in hoc capi faciant et detineant quousque aliud habuerint in mandatis. (*V.* 128, n. 41 *de cur.*)

27 oct. (VI kal. nov.)

***3270.** — *Ad perp. rei mem.* Constitutio super reformatione officiorum Advocatorum et Procuratorum Rom. Curiæ. (*V.* 128, n. 42 *de cur.*; Theiner, *Cod. dipl.*, II, p. 95; Tangl, *Die Päpstlichen Kanzleiordnungen*, p. 117.)

Ut s.

***3271.** — *Ad perp. rei mem.* Processus super reconciliatione potestatis, capitanei, consilii, communis, populi et hominum civit. Lucan., ac comitatus et districtus ejusdem. Syndici enim et procuratores eorum in publico consistorio coram P. P., cardinalibus et multitudine prælatorum, ac aliorum fidelium confessi fuerunt quod ipsi commune et homines quond. Castrucio de Interminellis, civi Lucan., qui civitatem, comitatum et districtum prædictos detinebat, necnon Ludovico de Bavaria, tanquam regi et imperatori Romanorum, ac quondam Petro de Corbario, tunc hæresiarchæ, qui se faciebat Nicolaum V nominari, præstiterunt auxilium et favorem, eorum officiales necnon Bocchesanum Tadolini, ord. Præd., per ipsum hæresiarcham tunc ad eccl. Lucan. de facto promotum recipiendo, etc. Ipsi vero promiserunt et juraverunt quod ædificari facient in eccl. cathedrali Lucan. capellam ad honorem s. Benedicti, in qua quotidie missa celebrabitur, et quolibet anno in festo ejusd. sancti, populo generaliter convocato, proponetur verbum Dei. Et sic habebitur memoria tantæ gratiæ ipsis a Sed. Apost. indultæ. Præterea in die festivitatis ipsius s. Benedicti, singulis annis, eleemosynam facient mille personis pauperibus, cuilibet personæ unum panem album ponderis unius libræ assignando. Transcribitur instrumentum ista pacta et alias conditiones continens. (17 mart. 1339). (*A.* 54, f. 33-39 v°; *V.* 128, n. 26 *de cur.*; Riezler, n. 2084.)

Ut s.

3272. — *Ep.o Lucan., et s. Fridiani Lucan., ac s. Michaelis in Foro Lucan. prioribus*, mand. pro publicatione et exsecutione prædictæ reconciliationis, et aliorum in ea contentorum. (*A.* 54, f. 39 v°; *V.* 128, n. 27 *de cur.*)

31 oct. (II kal. nov.)

3273. — *Jacobo, archiep.o, et capit. Tarantasien.*, mand. ut mag. Durando de s. Salvatore, can. Viennen., P. P. cap., ad eccl. Tarantasien. pro reformatione status ipsius per Sed. Apost. destinato, duos flor. auri cum dimidio singulis diebus assignare curent. (*V.* 128, n. 52 *de cur.*; Daumet, n. 788.)

Ut s.

3274. — *Mag. Joannes de Amelio, archid. Forojulien., cler. Cameræ Apost., ad partes ducatus Spoletani pro certis destinatus negotiis*, quittatur et absolvitur de quibusdam privilegiis, regestis, litteris et scripturis Rom. Eccl. ejusque jura concernentibus, quæ de mandato apost. oretenus facto recepit in thesauro Eccl. Rom., quod conservatur in domo fr. Min. Assisinaten., et P. P. assignavit. (*A.* 54, f. 32 v°; *V.* 128, n. 25 *de cur.*; Riezler, n. 2085; Eubel, *Bull. Francisc.* VI, n. 129.)

2 (IV non.) *nov.*

3275. — *Rimbaldo, ep.o Imolen., Romandiolæ rectori, ac Nonantulan., Mutinen. di., et s. Prosperi Regin. monast. abbatibus*, mand. ut peremptorie citare curent personaliter coram P. P. comparituros Geraldum, priorem hospitalis s. M. Mediolanen., asserentem se mag. generalem ord. Cruciferorum, ac Zampaulum, s. M. Bononien., Bartholomæum, s. Marci Asten., Mantuanum, s. Bartholomæi Cuman., Dominicum, s. Mathæi de Merulano de Urbe, Petrum, s. Severini de Ponte s. Severini, Camerinen. di., ejusd. Gerardi electores, necnon Bernardum, s. M. de Besanno Januen., Thadæum, s. Blasii Mantuan., Mayfredum, s. Leonardi Bergamen., Gualbertum, s. M. Magda-

Datum *Avenione.*

lenæ Paduan. hospitalium priores, ejusd. ord., qui electioni præfati Gerardi interfuerunt; attento quod ad dictam electionem processerunt non obstante reservatione apost. magisterii dicti ord., per obit. Benevenuti in civit. Bononien. defuncti vacantis; aliunde intervenit in ipsa electione simoniaca pravitas. (*A.* 54, f. 40 v°; *V.* 128, n. 29 *de cur.*; cf. n. 9058.)

6 (VIII id.) *nov.* T. XVI, XVIII.

8276. — *Ad fut. rei mem.* Cassantur omnes confœderationes et conjurationes inter comites, barones, milites, nobiles et alias personas regni Siciliæ citra Pharum, sine licentia Roberti regis Siciliæ factæ; inhibetur quominus tales ligæ concludantur, neve latrones et malandrini receptentur, sub pœna excom. ipso facto incurrendæ. — In e. m. archiep.is, ep.is, ac electis, abbatibus, cæterisque prælatis regni Siciliæ citra Pharum. (*A.* 54, f. 32, 124 et 132 v°; *V.* 128, n. 24 *de cur.*)

21 nov. (XI kal. dec.)

8277. — *Ep.o Parisien.*, mand. ut mag. Nicolaum de Ultricuria, lic., et Joannem ord. Servorum B. M., Heliam de Corso, Guidonem de Veeli, et Petrum de Monteregali, bacallarios, ac Henricum Anglicum, Cist. ord., scholarem in Theologia, studentes Parisiis contra quos aliqua catholicam fidem tangentia sunt relata citet ut infra mensem apost. conspectui se præsentent. (*A.* 54, f. 40 v°; *V.* 128, n. 28, 54 *de cur.*; Denifle, *Chart.*, n. 1041; Daumet, n. 792.)

1 (kal.) *dec.*

8278. — Committitur officium Senatoriæ Urbis *nobilibus Urso, comiti Anguillariæ, et Jordano de filiis Ursi, militi de dicta Urbe*, usque ad sex menses, a fine semestris quo nobiles Theobaldus de s. Eustachio et Martinus Francisci de filiis Stephani hoc officium exercuerunt computandos. (*A.* 54, f. 29; *V.* 128, n. 19 *de cur.*)

5 (non.) *dec.*

***8279.** — *Ad perp. rei mem.* Quædam moderantur, mutantur et declarantur in constitutione (n. 3976) super ordine monachorum nigrorum confecta. (*V.* 128, n. 56 *de cur.*; *Bull. Rom.* III, II, p. 288; Labbe, *Concil.*)

Ut s.

8280. — *Magistris Raimundo de Chameraco, Ambianen., et Pontio de Pereto, Carnoten. canonicis*, mand. ut ad eccl. Cassinen. et alia loca partium Italiæ de quibus expedire viderint se personaliter conferentes bona, credita et debita b. m. Raimundi, ep.i Cassinen., perquirant, recuperent, et conservent, donec aliud receperint in mandatis; attento quod magistri Geraldus de Valle, Neapolitan., P. P. cap., et Arnulphus Marcellini, Agennen. canonici, quibus similis commissio data est, aliis occupati negotiis ad præmissa non processerunt. (*A.* 54, f. 41; *V.* 128, n. 57 *de cur.*)

13 (id.) *dec.*

8281. — *Hugoni, ep.o Convenarum*, mand. ut, non obstantibus appellationibus frivolis ad Apost. Sed. interjectis per Arnaldum, abb. monast. Bonifontis, Cist. ord., suæ di., contra quem inquirebat de mand. P. P., in negotio prædictæ inquisitionis juxta continentiam priorum litterarum inquirat et referat. (*V.* 128, n. 55 *de cur.*; cf. n. 7425, 8188; Daumet, n. 797.)

APPENDICES AD SEXTUM BULLARII BENEDICTI XII ANNUM

I

Instrumenta miscellanea Vaticana quæ in capsula anni 1340 reperiuntur.

Matiscone. Die veneris ante Epiphaniam.

3232. — Præsentatio monitionis Camerarii Apost. contra Philippum de Chameyraco, militem, ballivum Matisconen., facta Hugoni de Lunaco, doct. decr., can. Bisuntin., officiali Matisconen. (Orig. perg. parv.)

Rothomagi. *19 jan.*

3233. — Instrum. assignationis a Petro Arquerii, decano Rothomagen., P. P. cap., factæ Bertrando Cariti, archid. Augi in eccl. Rothomagen., de registris, instrumentis, scripturis, quæ occasione cessionis factæ per Rotharium Cureni de bonis suis Cameræ apost. confecta sunt; in hac enim causa ipse Bertrandus eidem Petro subrogatur. (Perg. grand.)

19 feb.

3234. — Rostagni Ferrandi, officialis Sistaricen., epist. ad marescallum Curiæ Rom. pro liberatione Isnardi Gasqui, cler. conjugati, in carceribus dicti marescalli detenti propter vulnus illatum Andreæ Obrerii. (Orig. chart. parv.)

Avenione. *17 mart.*

3235. — Quittantia Jacobi de Broa, archid. Lunacen. in eccl. Biterren., P. P. thesaur., de summa 1,000 flor. recepta a Guillelmo de s. Paulo, collectore Apost. in regno Siciliæ citra Pharum. (Orig. perg. cum sigillo cer. rub.)

Neapoli. *29 mart.*

3236. — Confessio presbyteri Maffei de Argentio, de Neapoli, de receptis ab eodem Guillelmo de s. Paulo, pro reparatione monast. s. Petri ad Aram Neapolitan. (Orig. perg.)

Neapoli. *6 apr.*

3237. — Quittantia abbatis Thomæ Spatariæ, de Neapoli, de receptis ab eodem G. de s. Paulo pro expensis factis ad removendum « impedimentum » quod archiep.us Beneventanus posuit in eccl. s. Andreæ de Benevento; et pro confectione inventarii spolii abbatis s. Sophiæ. (Chart. fol.)

Lexoviis. *20 apr.*

3238. — Ex mandato et commissione Gasberti, Camerarii Apost., Guillelmus, ep.us Lexovien., præsentat Pontio Textoris, archid. Augiæ in eccl. Lexovien., citationem ad comparendum coram dicto Camerario et satisfaciendum Cameræ de debitis suis. (Orig. perg.)

Neapoli. *20 apr.*

3239. — Quittantia de solutis per Guillelmum de s. Paulo, collectorem apost., pro monast. s. Petri ad Aram Neapolitan. (Perg.)

Neapoli. 22 *apr.* — **8290.** — Quittantia Benedicti Glisal, Hiberni, de receptis pro cultura bonorum monast. S. Sophiæ Benevent. a Guillelmo de s. Paulo. (Fol. chart.)

Parisiis. 22 *apr.* — **8291.** — Quittantia mercatorum Florentin. societatis Acciajolorum, Parisiis commorantium, P. P. depositariorum, de summa 2,000 flor. auri ipsis assignata a Bertrando Cariti, collectore Apost. in Rothomagen. et Senonen. provinciis, pro ædificatione ecclesiæ domus s. Bernardi, ord. Cist., Parisien. (Orig. perg.)

Neapoli. 23 *apr.* — **8292.** — Quittantia cursorum missorum ad curiam Rom. a Guillelmo de s. Paulo, pro transmissione inventarii bonorum quond. Petri Gasqui, rectoris Beneventani, etc. (Orig. perg.)

Avenione. 24 *apr.* — **8293.** — Bonifacius, ep.us Mutinen., Philippus de Ancilla, prior s. Petri Scheradii Florentin., et Carbonus de Monteluppone, scholast. Ispalen., nomine P. P. excommunicatos declarant illos qui ceperunt nob. Nicolinum de Flisco, Gabrielem, ejus filium, et Andream de Janua, domicellum, degentes in Curia Romana. (Orig. perg. grand. — Cf. n. 8235, 8236, 8238, 8240, 8250.)

Maceratæ. 2 *maii.* — **8294.** — Confessio mutui recepti a thesaurariis P. P. per fr. Joannem de Riparia, priorem Urbis et Pisarum ord. S. Joannis Hierosolymitani, rectorem Marchiæ Anconitanæ. (Orig. perg.)

Parisiis. 5 *maii.* — **8295.** — Robertus, ep.us Silvanecten., conservator privilegiorum Universitatis Parisien., P. P. scribit circa publicationem suspensionis privilegiorum dictæ Universitatis apost. auctoritate factæ; et protestatur quod ipse nunquam privilegiis illis usus est. (Orig. perg. — Cf. n. 8228.)

In Rocha castri Frusinonis. 6 *maii.* — **8296.** — Intimatio litterarum Bened. XII contra turbantes statum civitatis Anagninæ a fr. Neapoleone de Tibertis, priore Venetiarum, Ord. Hierosolym., Campaniæ Maritimæque rectore, facta Benedicto Gaytani, comiti Palatino. (Orig. perg.)

Neapoli. 22 *maii.* — **8297.** — Mag. Augustinus Bonifacii, faber murarius, regnoscit se recepisse a Guillelmo de s. Paulo, collectore Apost., certas pecuniarum summas pro reparatione monast. s. Petri ad Aram Neapolitan. (Orig. perg.)

Apud *Montempessulanum.* 8 (VI id.) *jun.* — **8298.** — Bernardus de Pertoto, major dierum, mercator, Guillelmus Dionysii, et Petrus de Manhiania, campsores Montispessulani constituunt procuratorem suum ad lites in Rom. curia prosequendos Antonium de Cotello, beneficiatum Gerunden., procuratorem in eadem curia regis Aragonum. (Orig. perg.)

Valentiæ. 13 *jun.* — **8299.** — Petrus de Chasta, de Turnone, pr. Valentin. di., constituit procuratores in judiciis et litibus. (Orig. perg.)

Datum *Avenione.* 14, 15 *jun.* (XVIII, XVII kal. jul.) — **8300.** — Fragm. unius bullæ et altera bulla Bened. XII circa reconciliationem civitatis Bononien.; quarum secunda dirigitur Beltramino, ep.o Cumano. (Duo fol. chart. Regest. Avenion. anni sexti. — Cf. n. 8241 et seq.)

Apud *Montemfalconem.* 17 *jun.* — **8301.** — Emptio quarumdam possessionum in Plebe s. Fortunati Montisfalconis facta nomine R. E. per Joannem Rigaldi, thesaur. ducatus Spoletani. (Orig. perg.)

22 *jun.* — **8302.** — Appellatio Bonajunctæ de Calcinaria, rectoris hospitalis S. Lazari de Pisis, a citatione Joannis de Pereiro, nuntii Apost. in Tuscia. (Orig. perg. lacer.)

Avenione. 25 *jun.* — **8303.** — Gasbertus, P. P. Camerarius, mandat officiali Turonen. ut citet Joannem Gaudioni, cler. Turonen. di., qui injuste occupaverat præposituram Candacen., Turonen. di., Sedi Apost. reservatam. (Chart. fol. — Cf. n. 8310, 8314, 8316, 8322.)

Ut s. — **8304.** — Idem mandatum Gasberti Camerarii. (Orig. perg.)

Apud *Spoletum.* 28 *jun.* — **8305.** — Expensæ factæ a Joanne Rigaldi, L. D., ducatus Spoletani thesaur., pro emptione balistarum. (Orig. perg. parv.)

Capuæ. 29 *jun.* — **8306.** — Protestatio Jacobi Martini Muzy et Michaelis, ejus fratris, de villa Staphili, Capuan. di., coram abbate Cesario Brancacio, de Neapoli, subcollectore apost.

facta pro defensione grani quod ipsi recollegerunt in possessione per ipsos in locationem recepta a quadam ecclesia Capuana, adversus Philippum de Ajello, de Salerno, qui dictum granum manu armata auferre volebat. (Orig. perg.)

1 jul. **8307.** — Guillelmus de s. Paulo, collector apost. in regno Siciliæ, allegat suspitionem contra judices causarum vertentium inter ipsum et capitulum, archiep.um, ac alios clericos Beneventan., super collectoria et electione novi judicis. (Orig. perg.)

10 jul. **8308.** — Præsentatio citationis factæ nomine Camerarii Apost. contra Joannem Morelli de Crista, incolam Avenionen. (Orig. perg.)

14 jul. **8309.** — Quittantia Henrici de Capua de x flor. auri receptis a Guil. de s. Paulo, thesaur. Beneventano et collect. apost. (Orig. Chart. parviss.)

Turonis. 15 jul. **8310.** — Officialis Turonen., commissarii apost., mand. ut citetur Joannes Gaudioni, cleric. Turon., qui injuste occupavit præposituram Candacen., Turonen. di., Sedi Apost. reservatam. (Orig. perg. parv. cum sigillo. Cf. n. 8303, 8314, 8316, 8322.)

16 jul. **8311.** — Instrum. citationis hujusmodi. (Orig. perg.)

Apud *Montempessulanum. 20 jul.* **8312.** — Citatio Joannis Guarnerii et ejus filiorum habitatorum Montispessulani, de mandato Camerarii apost. facta. (Orig. perg.)

Datum *Avenione. 30 jul.* (III kal. aug.) **8313.** — Transcriptum bullæ Bened. XII ad Guillelmum de s. Paulo, collectorem in regno Siciliæ, qua ipsi committitur collectoria fructuum mensæ Aquinaten. Apost. Sedi reservatorum post mortem Leonardi ep.i. (Fol. Chart.)

jul. **8314.** — Instrum. citationis Joannis Gaudioni, qui per vim occupaverat præposituram Candacen., Turonen. di., Sed. Apost. reservatam. (Instr. perg. Cf. n. 8303, 8310, 8316, 8322.)

Neapoli. 7 aug. **8315.** — Quittantia de expensis per Guil. de s. Paulo, collectorem in regno Siciliæ, factis pro missione cujusdam notarii ad Curiam ut consuleretur P. P. super constitutionibus editis pro ord. Canonicorum Reg. s. Aug. et publicatis in capit. Perusino, aliisque ad Cameram apost. spectantibus in regno predicto. (Chart. fol.)

Avenione. 14 aug. **8316.** — Mag. Joannes Gaudioni, cler. Turonen., comparet coram Gasberto, Camerario P. P., qui eidem tradit copiam articulorum productorum contra ipsum per Ludovicum de Petragrossa, P. P. procuratorem fiscalem. (Chart. fol. — Cf. 8303, 8310, 8314, 8322.)

Ut s. **8317.** — Capitula ecclesiarum Feltren. et Bellunen. ratificant ea quæ promiserant Benedicto XII ipsorum procuratores, ut obtinerent absolutionem a censuris incursis ob adhæsionem Ludovico Bavaro et tyrannis de la Scala. (Orig. perg.; Riezler, n. 2077.)

Apud *Montemfalconem. 25 aug.* **8318.** — Expensæ pro opere fortalitiorum plebis et palatii novi de Montefalcone. (Orig. perg. parv.)

Diæ. 31 aug. **8319.** — Juvenis Pertuseti, canonici et officialis Dien., littera ad Gasbertum, Camerarium P. P., circa exsecutionem mandatorum ejus et citationem Guil. de Vaesco, militis. (Orig. perg. parv.)

Apud *Beneventum. 1 sept. 1340.* (vel 1341). **8320.** — Guillelmi de s. Paulo, thesaur. Beneventani, et collectoris in regno Siciliæ citra Pharum, epistola ad episcopos aliosque prelatos regni ejusdem ut informationem faciant de pecuniis collectis a subcollectoribus. Hujus epistolæ duplex existit instrumentum. (Orig. perg.)

In loco de Balmario, Tolosanæ di. 13 sept. **8321.** — Fratris Guillelmi, archiep.i Tolosani, epist. ad Bened. XII de receptis litteris apostolicis circa preces publice effundendas pro pace inter Philippum, Franciæ, et Eduardum, Angliæ reges. (Orig. perg. parv.)

Avenione. *15 sept.*

8322. — Joannes Gaudioni, clericus Turonen., qui præposituram, canon. et præb. ecclesiæ Candatensis, Turonen. di., Apost. Sedi reserv., indebite occupaverat cedit juribus suis si quæ habet in iisdem. (Chart. fol. — Cf. n. 8303, 8310, 8314, 8316.)

Apud *Sistaricum.* *17 sept.*

8323. — Joannis Redortii, cap. et officialis Sistaricen., epist. ad Gasbertum, Camerarium P. P., circa publicationem quarumdam litt. dicti Camerarii factam. (Orig. perg. parv.)

In prioratu s. Marii, Sistaricen. di. *21 sept.*

8324. — Artaudi de s. Mauritio, prioris s. Marii, O. S. B., Sistaricen. di., epist. ad dictum Camerarium P. P. circa publicationem litterarum ipsius Camerarii et citationis Guillelmi de Vaesco, militis, aliorumque qui Henricum, abb. monast. de Hilda, ord. Cist., et Bartholomæum de Scalefundis, pr. Caminicen. di., ad Sed. Apost. venientes in itinere vulneraverunt. (Orig. perg.)

Neapoli. *23 sept.*

8325. — Geraldi de Valle, can. Neapolitani, collectoris in regno Siciliæ citra Pharum, epistola ad Gasbertum, P. P. Camerarium, circa spolium Raimundi, ep.i Cassinen., et ep.i Troiani. (Orig. chart.)

Neapoli. *24 sept.*

8326. — Locatio quorumdam honorum monast. s. Benedicti de Capua, per obit. Bertrandi de Turre, card., vacantis. (Fol. chart.)

Avenione. *4 oct.*

8327. — Petri, ep.i Montis Marani, epist. ad abbatem Angelum Jacobi Nicolai, de Moncellis, vicarium suum, super pluribus suis negotiis. (Orig. chart.)

Avenione. *5 oct.*

8328. — Prorogatio ab auditore et thesaur. Cameræ Apost. conceditur Humberto, Dalphino Viennen., pro solutione 30,000 flor. auri quæ ex mutuo eidem Cameræ debet. (Orig. perg. — Cf. n. 7595.)

Neapoli. *5 oct.*

8329. — Instrum. protestationis Guillelmi de s. Paulo, collectoris, contra accusationem adversus eum latam : scilicet quod mandaverat monachis monast. Cassinen. ne « responderent » Gerardo de Valle, commissario Apost., de thesauro eccl. Cassinen. (Orig. perg.)

Capuæ. *13 oct.*

8330. — Instrum. depositi facti a Guillelmo de s. Paulo de certa pecuniæ quantitate apud Franciscum de Olibano, notarium. (Orig. perg.)

Avenione. *16 oct.*

8331. — Bertrandus de Castronovo, Tolosan. di., domicellus in Rom. curia constitutus, recognoscit se recepisse certam pecuniarum quantitatem a quibusdam mercatoribus Florentinis. (Orig. perg.)

Apud *Aquinum.* *16 oct.*

8332. — Inventarium bonorum b. m. Leonardi, ep.i Aquinaten. (Pergam.)

Capuæ. *21 oct.*

8333. — Instrum. cujusdam depositi facti a Guillelmo de s. Paulo, collectore apost., apud Joannem Parrici, priorem monast. s. Mariæ de Monte Virgini, de Capua. (Orig. perg.)

Apud *Aquinum.* *25 oct.*

8334. — Inventarium bonorum Leonardi, quond. ep.i Aquinaten. (Triplex fol. chart.)

Ut s. *27 oct.*

8335. — Duplex instrumentum continens acta in causa vertente inter Guillelmum de s. Paulo, collect. apost. in regno Siciliæ citra Pharum, thesaur. Beneventan., ex parte una, et archiep.um ac capit. Beneventan. ex altera, super collectoria harum partium. (Orig. perg. grand.)

Apud *Aquinum.* *2 nov.*

8336. — Instrum. triplex « insultus » facti Guillelmo de s. Paulo prædicto, a camerario Comitis Lauretti, populo et clero Aquinaten. ad habendum spolium Leonardi, ep.i Aquinaten. (Orig. perg.)

Datum *Avenione.* *2 nov.*

8337. — Bulla Bened. XII ep.o Albien. directa qua reservat Sedi Apost. monast. de Galliaco, O. S. B., Albien. di., vac. per obit. Bonifatii abbatis. (Orig. perg.)

Neapoli. *8 nov.*

8338. — Appellatio Guillelmi de s. Paulo, collectoris Apost., ad P. P. a gravaminibus ipsimet illatis per Arnulphum Marcellini, vicerectorem Beneventan., occasione redditionis rationum. (Perg.)

Neapoli.
8 nov.

8339. — Quittantia Jacobi de Broa, thesaur. P. P., de 1,000 flor. receptis pro Camera apost. a Guillelmo de s. Paulo. (Orig. perg. cum sigil. cer. rub.)

Avenione.
11 nov.

8340. — Epistola cujusdam ad Camerarium Apostolicum contra ipsum Guillelmum de s. Paulo. (Chart. fol.)

In castro Leggenich.
18 nov.

8341. — Instrum. præsentationis litterarum Bened. XII circa reservationem eccl. Monasterien. factæ Walramo, archiep.o Colonien. (Orig. perg. — Riezler, n. 2086.)

Nov. et dec. 1340.

8342. — Fragmentum libri expensarum eleemosynariæ apost. (Duo fol. chart.)

3 dec.

8343. — Roberti, Siciliæ regis, epist. commendatitia ad Annibaldum ep.um Tusculanum pro Guillelmo de s. Paulo, collectore in regno Siciliæ et administratore monast. s. Petri ad Aram Neapolitan., super administratione dicti officii. (Perg. parv.)

Neapoli.
5 dec.

8344. — Instrum. confessionis quorumdam mercatorum societatis Acciaialorum, de Florentia, depositariorum Cameræ apost., de certis pecuniarum summis receptis a G. de s. Paulo, collect. in regno Siciliæ. (Orig. perg.)

Avenione.
18 dec.

8345. — Gasberti, Camerarii P. P., mand. Lugdunen. et Matisconen. officialibus, contra nob. Philippum de Chauneyr, militem, ballivum Matisconen., qui impediebat quominus commissarius apost. colligeret bona b. m. Guillelmi, archiep.i Lugdunen. (Orig. perg.)

Faventiæ.
26 dec.

8346. — Instrum. publicationis litterarum Bened. XII adversus Bononienses in eccl. Faventina. (Orig. perg.)

Neapoli.
31 dec.

8347. — Quittantia et rationes Guillelmi Guaschi de iis quæ recepit a Guillelmo de s. Paulo, collectore apost. in regno Siciliæ. (Orig. perg.)

Apud *Aquinum.*
1340.

8348. — Fragmentum appellationis Guillelmi de s. Paulo contra judices in causa archiep.i et capit. Beneventan. deputatos. (Perg. grand.)

1340.

8349. — Acta contra dictum Guillelmum de s. Paulo per Arnulphum Marcellini, de Ebreduno, can. Agennen., civit. Beneventanæ vicerectorem et Campaniæ Maritimæque thesaur., circa redditionem rationum thesaurariæ Beneventanæ. (Quatern. quatuor fol. chart.)

1340.

8350. — Fragmentum libri collectoriæ regni Siciliæ citra Pharum, continens inventarium quoddam breve, locationem domorum et rubricam ejusdem libri. (Duo fol. chart.)

1340.

8351. — Rotulus expensarum factarum a consulibus Montispessulani propter contumatiam Cœlestini Sequerii, citati per Camerarium P. P. ad instantiam procuratoris fiscalis dictæ Cameræ et consulum villæ Montispessulani. (Rotulus chart.; cf. n. 7600.)

In pomeriis subtus Reuse super littus Reni.
11 jul. 1346.

8352. — Walrami, Colonien. archiep.i, epistola ad Clementem VI, pro intimatione coronationis Caroli (IV) seu Joannis, regis Bohemiæ, in regem Romanorum. (Orig. perg.)

II

Instrumenta archivii Castri Sancti Angeli anni 1340, prout in inventariis jacent [1].

21 feb. **8353.** — Præsentatio litterarum Bened. XII de subsidio dando villæ et hominibus de Romanis obsessis ab Humberto Dalphino Viennen., facta Bertrando, archiep.o Viennen. (*A. A. Instr.*)

4 apr. [v] **8354.** — Instrum. authent. (membr., cum sigillo magno) quo Bononienses constituunt procuratores, videlicet, Petrum de Bonipetris, L. D., et mag. Bonaventuram Jacobini, ad ratificandum acta et gesta a Rolando de Fantucciis, syndico Bononiæ, in negotio reconciliationis (*Arm. XV*, cap. IV, n. 4.)

10 maii. **8355.** — Alfonsi, Castellæ regis, epistola ad Bened. XII de approbatione indictionis Cruciatæ et impositione decimæ pro bello contra reges Granatæ et de Benamarin, aliosque Sarracenos. (*A. A. Instr.*)

14 jun. [v] **8356.** — Bened. XII bulla autog. (16 fol. cum plumbo) de reconciliatione Bononiensium, ubi inseruntur juramenta et promissiones Bononiensium; dubia quædam declarantur et ordinationes novæ fiunt circa contingentia ipsius reconciliationis; pro quibus complendis missus est Beltraminus, ep.us Cumanus. (*Arm. XV*, caps. IV, n. 6; Theiner, *Cod. dipl.*, II, p. 69-78; cf. supra, n. 8241.)

1 jul. **8357.** — Processus criminalis et sententia rectoris Campaniæ Maritimæque contra Benedictum Gaietani, comitem Palatinum, commune Anagnin. et communia alia R. E. rebellia, ob invasionem civitatis Anagnin., ac damna ecclesiæ Anagnin. illata. (*Arm. IX*, caps. XII, n. 30.)

12 aug. [v] **8358.** — Instrum. authent. (membrac. cum duobus sigillis cereis) quo ep.us et capit. Feltren. approbant omnia per eorum procuratorem gesta et promissa Bened. XII pro impetranda absolutione; inseritur ejusd. P.P. bulla (1340, I maii) qua dictam civit. ob multa commissa delicta cum sub tyrannide dominorum de la Scala esset interdicto suppositam absolvit. (*Arm. IX*, caps. II, n. 7.)

21 aug. [v] **8359.** — Instrum. authent. (memb. sine sigillo) quo Beltraminus, ep.us Cumen., nuntius Apost., nomine Bened. XII tradidit claves civitatis Bononien. Taddæo de Pepulis, ab ipso nomine S. R. E. per triennium retinendas. (*Arm. XV*, caps. IV, n. 5.)

22 sept. [v] **8360.** — Instrum. (membr.) quo civitas Terdonen. acta et promissa coram Bened. XII per nuntios ad obtinendam absolutionem super excessibus commissis confirmat. — Item bulla ejusd. P. P. qua eamdem civit. antea Ludovico de Bavaria unitam et interdicto illigatam absolvit (14 jul. 1340.) — Instrum. quo dicta civitas syndicum constituit ad impetrandam veniam a Bened. XII (22 apr. 1340.) Bulla ejusdem qua ep.o Terdonensi absolutionem committit. (14 jul. 1340.) (*Arm. IX*, cap. II, n. 1. Cf. n. 8254, 8255.)

1. Vide, t. I, p. 217, not. 1.

6 oct. **8361.** — Confessio fratris Joannis de Riparia, prioris domorum Urbis et Pisarum Hospitalis s. Joannis Hierosolymitani, rectoris Marchiæ Anconitanæ, de mutuo recepto a collectore Apost. in Tuscia. (*A. A. Inst.*)

III

Documenta varia quæ in Regesto Avenionensi LIV, seu Benedicti XII anni sexti pervagantur.

An. 1346. **8362.** — Bullæ diversarum formarum et de fructibus beneficiorum percipiendis in absentia, numero octoginta, quæ ex regesto anni sexti Clementis papæ VI distractæ hic quaternos duos et fol. quadraginta (a fol. 227 ad fol. 267) ex negligentia compactoris usurpant.

An. 1282-1285. **8363.** — Codex perg. continens octo fol., cui titulus : « In Christi nomine. Amen. Anno Domini MCCLXXXII, indictione decima, Pontificatus dom. Martini P.P. IIII, anno II, ego Aliron de Ricardis, can. s. Marci de Venetiis, collector a Sed. Apost. constitutus super decimis Terræ sanctæ subsidio deputatis in Salzburgen. provincia, et Pragen., Olomucen., Eysteten., et Bambergen. civitatibus et diocesibus, prov. Maguntin., recepi pro ipsa decima et ratione ipsius decime infrascriptam pecuniam et argentum, ab infrascriptis ecclesiis et personis, ac locis, secundum quod per ordinem inferius denotatur. » Ex isto codice potest haberi valor monetarum illarum partium. (*A.* 54, a f. 334 ad f. 341; De Loye, *Les Archives de la Chambre apost.*, p. 202.)

An. 1337-1341. **8364.** — Fragmentum sexdecim foliorum laceratorum unius quaterni continens rubricas CXIV litterarum, sive clausarum sive patentium ex regestis annorum III, IV, V, VI et VII Benedicti P. P. XII eo pacto excerptas ut in uno indice haberentur documenta omnia apostolica circa negotia reconciliationis Ludovici de Bavaria, et reformationis pacis inter Franciæ et Angliæ reges, regnante prædicto papa. (*A.* 54, a f. 342 ad f. 357.) Aliud fragm. ejusd. quaterni habes reg. LV, f° 357; cf. n. 9240.)

An. 1305. **8365.** — Codex novem fol. continens inventarium, die sabbati quarta mensis aprilis, anni 1305, inceptum de bonis Joannis b. m. abb. monast. s. Victoris Massilien. repertis in castro Aurioli per Petrum Olivarii, can. Massilien., subcollectorem apost. in civit. et di. Massilien. deputatum; quod inventarium assignatum fuit Petro Garrige, subcollectori apost. Regien. et Forojulien., et commissario ad hæc deputato. (*A.* 54, f. 358-366 ; De Loye, *op. cit.*, p. 202.)

1 aug. 1308. **8366.** — Appellationes ad Sed. Ap. interpositæ per Grisogonum, plebanum eccl. s. M. Majoris de Jadra, procuratorem, seu syndicum fratris Georgii, Arben. ep.i, et fratris Jacobi, Jadren. archiep.i, vicarii generalis, necnon procuratoris fratrum Viti, Joannis, et Mathæi, abbatum monast. s. Grisogoni de Jadra, ss. Cosmæ et Damiani de Monte, et s. Michalis de Monte, Jadren. di., O. S. B., ac plebanorum ecclesiarum s. Petri Veteris, s. Petri Novi, et s. Michaelis, omniumque aliarum per-

sonarum ecclesiast. Jadren. civ. et di. exemptarum, a sententia per fr. Gentilem, s. Martini in Montibus, pr. card., Ap. Sed. legatum in regno Hungariæ, promulgatam, per quam antedictum Georgium, ep.um Arben., ab administr. sui episc. privavit, præfatosque abb., et alias personas citavit, ex eo quod illum eorum monast. et personas visitare volentem recipere noluerunt, dicentes ipsum non esse legatum, sed card. Neapoleonem. (*A*. 54, f. 367, 368; De Loye, *loc. cit.*)

3 dec. 1309. **8367.** — Appellatio ad Sed. Apost. interposita a processu per G. de Balaeto, can. s. Asterii, Petragoricen. di., et Joannem de Bononia, Cameræ apost. cler., (nuntios, inquisitores per Sed. Ap. deputatos contra eccl., monast., et personas ecclesiast. decimam impositam ultimis sex annis in regno Siciliæ citra Pharum minus integre solventes), habito contra Guillelmum, abb. monast. s. Mariæ Montis Virginis, et ejus conv. ad solut. dictæ decimæ ultra 30 uncias non teneri prætendentes. Cui appellationi ut frivolæ præfati nuntii minine detulerunt. (*A*. 54, f. 369, 370.)

15 et 18 maii 1311. **8368.** — Processus informativus habitus coram Philippo, præposito Posonien., causarum curiæ Gentilis, s. Martini in Montibus pr. card., Ap. Sed. legati, generali auditore, in quo Joannes, abb. monast. de Zagano, ordinis Aroasien., Wratislavien. di., et undecim alii testes interrogati fuerunt super articulis infrascriptis. 1° Si mag. Paulus, scholasticus s. Crucis, et can. Wratislavien. emit ab abb. et conv. monast. s. Mariæ in Arena, apud Wratislaviam, partem fructuum et proventuum quoad vixerit duorum molendinorum positorum in paroch. s. Elisabeth prope Wratislaviam; 2° Si annonæ, et « maldratæ » aliquæ fuerunt positæ nomine dicti mag. Pauli in quodam « brasiatorio » posito circa muros Wratislaviæ, in paroch. s. M. Magdalenæ; 3° Si fuerunt dictæ annonæ et maldratæ positæ, utrum fuerunt dicti mag. Pauli et unde sibi obvenerant; 4° Item si est fama dictas annonas et maldratas fuisse depositas in dicto loco nomine dicti Pauli. (*A*. 54, a f. 373 ad f. 380.)

An. 1313. **8369.** — Codex, cui titulus : « In nomiue Domini. Amen. Hic est liber expensarum factarum per rev. dom. Bernardum de Cuccujaco, vicarium in Patrim. B. Petri in Tuscia generalem... Kalendas febr. anno domini M°CCC°XIII. » (*A*. 54, a f. 381 ad f. 408; De Loye, *loc. cit.* Vide infra n. 8376.)

Mense feb. 1313. **8370.** — In quo quidem codice notabiliora sunt sequentia : « Item quando ivit [vicarius] ad dom. legatum ad conferendum cum eo de statu provincie apud Urbemveterem, ubi stetit quatuor dies ». « ... Et est sciendum, quod istos (21) equites, et pedites tenebat idem dom. vicarius, et alios propter guerram que erat in patria, et magnam suspicionem, et quia civitates, castra, et ville furabantur et auferebantur, et multi intendebant ad palatium Montisflasconis, et conati fuerant, et conabantur continue ipsum habere, et quia insidiabantur, et comminabantur persone sue; et maxime quia imperator erat in patria. » (*A*. 54, f. 382 v°, 383.)

Mense nov. 1313. **8371.** — « Item quando ivit ad Urbemveterem ad petendum auxilium contra prefectum Viterbien. et Cornetanos sequentes tunc Ecclesie Rom. rebelles pro molestatione quam sibi faciebant. » (*A*. 54, f. 403.)

Feb. 1313 — feb. 1314. **8372.** — In prædicto codice describuntur expensæ pro quolibet mense : a mense scilicet februarii an. 1313 ad mensem februari an. 1314. Summa autem harum expensarum est : 7,202 lib., 10 sol., 7 den.; item 937 flor. auri. (*A*. 54, f. 408.)

An. 1317-1318. **8373.** — Fragmentum expensarum factarum de redditibus mensæ episcopatus Avenionen., quarum hæc notabiliores sunt : Traditæ fuerunt administratori eleemosynæ pro eleemosyna « pinhotæ » pauperum facienda, CXLIV saumatæ grossæ et VIII eminæ annonæ; item pro reparatione domus episcopalis, libræ XXII; item pro dominabus de Triano, de Ozia, et de Via cum earum comitiva, in Castro Ber-

bentanæ, quando venerunt de Caturco :libræ LXXV parvæ monetæ; item pro hospitio empto pro mensa episc. in castro Novarum: libræ XL; et pro alia domo empta in Castronovo: libræ XL. (*A.* 54, f. 411-413.)

An. 1317-1319. **8374.** — Sequuntur computa clavariorum dictæ mensæ scilicet: prioratuum s. Remigii, capellæ s. Petri et de Ventebruno (a 1 sept. 1317 ad 19 maii 1318); s. Laurentii (a 15 jun. 1317 ad 6 jun. 1318); de Urgone (a 2 jun. 1317 ad 7 jun. 1318); Bituritæ; Castrinovi; Novarum; Berbentanæ; s. Genesii (a die obit. Jacobi, ss. Joannis et Pauli pr. card., administratoris episcopatus Avenion., usque ad an. 1319). — (*A.* 54, a f. 414 ad f. 440.)

An. 1318-1319. **8375.** — Deinde sequuntur computa bajulorum S. Laurentii, Avenionis, et Novarum, pro anno 1318-1319. (*A.* 54, a f. 442 ad f. 452.)

An. 1316. **8376.** — Fragmentum codicis, cui titulus: « In nomine Domini. Amen. Hic est liber expensarum factarum per ven. virum dom. Bernardum de Cucujaco, vicarium in Patrimonio B. Petri in Tuscia generalem, inceptus anno Domini MCCCXVI°. » (*A.* 54, f. 459 ; vide supra, n. 8369.)

An. 1348-1349. **8377.** — Fasciculus sex foliorum continens inventarium factum per Geraldum de Portali de bonis A[ntonii], b. m. Lomberien. ep.i, directum G. (*sic*) Arelaten. archiep.o, et B[ertrando], in ep.um Lomberien. electo, Camerario, et thesaurario P. P. (*A.* 54, a f. 460 ad f. 465.)

8378. — « In nomine Domini. Amen. Hec est ratio quam sanctis patribus dominis cardin. facit Manuel Zacharias de galeis [16, cum armamento hominum galearum 18] quas tenuit et tenet in partibus transmarinis et servitio Terre sancte ; » quasque extraxit de diversis locis, scilicet de Urbe, de Ancona, de Neapoli, de Janua, et de Fogia, et quarum octo remanserunt ad custodiam insulæ Cypri. (*A.* 54, f. 467, 468.)

An. 1331. **8379.** — Fragm. expensarum Cameræ Apost. nomine factarum, inter quas est solutio XVII sextariorum frumenti censualium emptorum in territorio castri Novarum nomine et mandato P. P. ad faciendas capellanias pro P. P.; necnon solutio expensarum procuratoris prioratus de Palhassia pro recuperandis certis actis et processibus factis super jurisdictione dicti prioratus. (*A.* 54, f. 469, 470.)

An. 1326. **8380.** — Codex de quo deficiunt prima LXXXI fol., continens solutiones sex factas anno 1326, pro vadiis familiarium Joannis P. P. XXII ; pro eleemosyna pauperum, ac constructione capellæ P. P. in ecclesiis Minorum et Prædicatorum Avenion.; pro reparatione capitis eccl. Augustinorum, et operibus eccl. fratrum s. M. de Carmelo Avenionen. ; etc. (*A.* 54, a f. 471 ad f. 488 ; De Loye, *op. cit.*, p. 203.)

26 nov. 1326. **8381.** — In prædicto codice præcipue notentur sequentia : Die 26 nov. 1326 obiit Petrus de Ozia, vicecomes Caramanni, P. P. germanus ; pro cujus anima missæ solemnes in ecclesiis Prædicatorum, Minorum, s. Augustini et s. M. de Carmelo celebrantur. (*A.* 54, f. 485.)

13 jan. 1327. **8382.** — Pro structura capellæ novæ ædificatæ de mandato P. P. in loco vocato de Estello, prope eccl. fr. Præd. Avenion., soluti fuerunt DLX flor. auri. (*A.* 54, f. 485 v°.)

18 maii 1327. **8383.** — Pro factura muri domus capellaniæ capellæ s. M. de Miraculo, soluti fuerunt L agni de auro; et pro tecto dictæ domus : LVII denarii regales auri. (*A.* 54, f. 488.)

16 jun. 1327. **8384.** — Pro diversis pannorum petiis emptis apud Villammagnam pro religiosis pauperibus Avenion., et Carpentoraten., inter quas sunt CCCXCVIII cannæ panni dicti « espeolha », solutæ fuerunt CCXXXV lib. tur. (*A.* 54, f. 488 v°.)

Post 15 jan. 1391.

8385. — Relatio Clementi P. P. VII porrecta circa benef. vac. in regno Castellæ per obit. Guterii, card. Hispani, et de meritis personarum pro quibus rex Castellæ et ipse relator supplicant. (*A.* 54, a f. 489 ad f. 492. Hanc relationem edidi in *Annales de Saint-Louis des Français*, octob. 1901, pp. 23-34.)

An. 1327.

8386. — Libratæ assignatæ cardinalibus per Joannem XXII, in civitate Avenionen. (*A.* 54, a f. 493 ad f. 500 ; cf. Castrucci, *Istoria della città d'Avignone e del contado Venesino*, t. I, pp. 163-180.)

Sine data.

8387. — Testamentum Guillelmi de Veyraco, L. D., P. P. cap., conditum obtenta licentia a Joanne XXII, per quod inter alia legat Guiberto de Veyraco, militi, fratri suo, castrum suum de Paolhano, Biterren. di., cum mero et mixto imperio et jurisdictione omnimoda. Item legat eidem Guiberto jura, actiones et « deveria », quæ habet in castro de Sadone, Avenion. di. ; et ordinat ut in eccl. fratrum Min. Avenion. construatur ad honorem et laudem s. Michaelis Archangeli una capella, in qua suam eligit sepulturam. Item ordinat quod de bonis quæ habet in Bellicadro fiat ibi unum hospitale pro pauperibus Christi. Item legat hominibus terræ, dominii, et jurisdictionis domini de Connaco, et hominibus terræ avunculi sui quond. domini Girondæ, ccc scudatos auri semel solvendos ; etc. Et in omnibus aliis suis bonis hæredes instituit pauperes Christi. (*A.* 54, f. 501, 502.)

Apud *Montemfalconem.* *15 mart., indic. II^a.*

8388. — Copia commissionis, die xv dec. 1333, per Raimundum de Salgis, decr. doct., can. Aurelianen., P. P. cap., Ap. Sed. nuntium in regno Siciliæ citra Pharum, factæ favore Jacobi Malanox et Jacobi Narbonæ, cler., not., et famil. suorum, ad colligenda residua decim. in dicto regno per Sed. Ap. impositarum, (juxta litt. Joannis XXII, 4 id. mart., an. xvi) ; necnon ad corrigendum excessus cler., si ordinarii super hoc negligentes fuerint, (juxta litt. ejusd. P. P., 4 id mart. an. xvii datas). Ipsi vero commissarii hodie subdelegant abbatem Nicolaum, archipr. eccl. Treventin. Sequitur quaternus rationum dicti archipr.i de officio suo gesto in civit. et di. Treventin. et Isernien. pro residuis sexdecim papalium. (*A.* 54, a f. 503 ad f. 506.)

20 oct. 1329. *24 apr. 1330.*

8389. — Processus coram Gasberto, Arelaten. archiep.o, super infrascriptis conservatore a Joanne XXII deputato, seu coram ipsius commissario factus ad instantiam mag. Andreæ de Viana, notarii Montispessulani, procuratoris, seu syndici abbatissæ et conv. monast. monial. Inclusarum, sive sororum ord. s. Claræ, vel s. Damiani, seu Minorissarum, de Montepessulano, Magalonen. di., contra priorem prioratus s. Firmini de Montepessulano, ac sacristam Magalonen., qui contra privilegium ipsis monialibus per Ap. Sed. indultum, ad præstationem decimarum illas compellebant. In quo quidem processu multæ litteræ apost. et alia instrumenta inseruntur. (*A.* 54, a f. 507 ad f. 528.)

20 mart. 1334.

8390. — « Hoc est testimonium quod ego frater Raynerius de Vercellis, requisitus sub juramento per rev. patres et dominos, dom. Raymundum, s. Eusebii, dom. Petrum, s. Stephani in Celiomonte pr. cardinales, perhibui veritatem puram simpliciter scribendo, prout inferius continetur. » Ipse fr. Raynerius refert testimonia quorumdam mercatorum Taurisii contra Georgium de Adria, Ludovicum de Urbeveteri, Fredum et Ugolinum de Eugubio, Philippum de Montearcino, fratres minores conventus Taurisii, qui errores fratricellorum in illis partibus, et præcipue contra determinationem circa paupertatem Christi a Joanne XXII factam prædicabant. Testimonia hæc, tam in inquisitione per Guillelmum, Taurisin. ep.um, ord. Præd., facta, quam in informatione ab ipso fr. Raynerio completa recepta sunt. His depositionibus adduntur epistolæ quædam, scilicet : littera fr. Georgii de Adria ad fr. Guillelmum quemdam, ord. Min.; litteræ duæ fr. Raynerio de Florentia, vicario vicecusto-

dis Taurisiensis directæ per fr. Guillelmum Laurati et fr. Laurentium de Bobio, ord. Min.; littera fr. Guillelmo Laurati scripta per fr. Joannem de Florentia, ejusd. ord. (*A.* 54, a f. 530 ad f. 534 v°. Hunc processum edidit Tocco in *Rendiconti della R. Accademia dei Lincei: classe di scienze morali, storiche e filologiche*, vol. x, sub titulo: *Nuovi Documenti sui dissidii Francescani.*)

8981. — *Ep.o Pampilonen.,* mand. ut det licentiam habitatoribus de Sosventes, parochianis eccl. de Sos, suæ di., construendi, si vera sunt exposita, in dicto loco de Sosventes unam capellam quæ cœmeterium et fontes baptismales habeat, et eam dotandi pro sustentatione unius capellani qui ibidem continuo celebrabit. Nam, cum dictus locus per unam leucam cum dimidia distet ab eccl. supradicta, et inter eos sint « alpes altissimi », ipsi parochiani, qui sunt numero c vel circa, præcipue tempore hiemali, non possunt ecclesiam prædictam adire, carent sacramentis, decedunt sine illis; ipsorumque corpora in domibus per plures dies remanent inhumata; parvuli etiam sine baptismate plerumque decedunt. (*V.* 129, n. 181.)

7 (VII id.) *sept.* T. XII; Gr.

8982. — *Gasberto, archiep.o Narbonen.,* mittitur palleum per Raimundum., s. M. Novæ, et Galhardum, s. Luciæ in Silice diac. cardinales. (*V.* 129, n. 482.)

15 (id.) *oct.* T. XXX.

8983. — *Ep.o Pragen.,* conceditur ut de voluntate Joannis, regis Bohemiæ, possit inungere Carolum, primogenitum dicti regis, marchionem Moraviæ, et, in regem, ac Blancham ejus consortem, in reginam coronare; nam Henricus archiep.us Maguntin., ad quem ex antiqua consuetudine coronatio et inunctio regum Bohemiæ pertinet, adversus Deum et Ecclesiam Rom. se obnoxium reddidit et ingratum. (*V.* 129, n. 197; Raynaldi, an. 1341, n. XVI.)

20 nov. (XII kal. dec.) T. XII.

8984. — *Guillelmo, comiti Hanoniæ, et Joannæ de Brabantia, comitissæ Hanoniæ, ejus uxori,* indulgetur ut confessorem eligere possint qui in omnibus casibus, præterquam Sed. Ap. reservatis, possit eos absolvere. (*A.* 55, f. 253; *V.* 129, f. 324, n. 95.)

Ut s.

8985. — *Eisdem,* indulgetur ut si forsan ipsos vel alterum eorum ad loca interdicto supposita declinare contigerit, dummodo loca hujusmodi per processus contra Ludovicum de Bavaria habitos non fuerint supposita interdicto, liceat eis et eorum cuilibet in illis, januis clausis, pro semetipsis et famil. suis missam et alia divina off. facere celebrari. (*A.* 55, 210 v°; *V.* 129, n. 438; Riezler, n. 2115.)

2 (IV non.) *dec.* T. X.

8986. — *Berengario, priori provinciali fratr. ord. Præd. Aragoniæ,* facultas petendi, exigendi, et levandi a prioribus provincialibus et fratribus provinciarum ejusd. ord. contributiones moderatas et necessarias pro victu fratrum dicti ord. in Curia Rom. præsentium, et pro reformatione ipsius ord. personaliter evocatorum, prout Hugo, mag. ejusd. ord., dum viveret, contributiones ipsas exigebat. (*A.* 55, f. 209; *V.* 129, n. 435.)

3 (III non.) *dec.* T. X; Gr.

8987. — *Antonio, ep.o Lomberien.,* datur licentia ad suam eccl. se conferendi; cum testimonialibus consecrat. per Annibaldum, ep.um Tusculan., ipsi impensæ. (*V.* 129, n. 505.)

5 (non.) *dec.* T. X.

8988. — *Rogerio, abb. monast. de Quadraginta, O. S. A., Narbonen. di.,* conceduntur testimoniales benedictionis per Annibaldum, ep.um Tusculan., ipsi impensæ, et mand. ut ad suum monast. accedat. (*A.* 55, f. 216 v°; *V.* 129, n. 445.)

Ut s. — T. X.

8989. — *Iterio, ep.o Sarlaten.,* conceduntur testimoniales consecrat. per Annibaldum, ep.um Tusculan., ipsi impensæ; cum licentia ad suam eccl. accedendi. (*V.* 129, n. 516.)

Datum *Avenione*.

27 dec. (VI kal. jan.) T. XVI.

8990. — Cum *mag. Raimundo de Salgis*, can. Ilerden., L. D., PP. et Gaucelini, ep.i Albanen., cap., dispensatur ut præb. sacerdotalem eccl. Ilerden. ipsi vigore litterarum apost. reservatam, licite retinere valeat; non obstante quod infra annum non se fecit ad sacerdotium promoveri. (*A.* 55, f. 232 v°; *V.* 129, n. 463.)

31 dec. (II kal. jan.) T. X.

8991. — *Joanni, ep.o Aversan.*, datur licentia ad suam eccl. accedendi; cum testimonalibus consecrat. ipsi per Petrum, ep.um Sabinen., impensæ. (*V.* 129, n. 498.)

Ut s. — T. X.

8992. — *Petro, abb. monast. de Galhaco, O. S. B., Albien. di.*, datur licentia ad suum monast. accedendi, cum testimonialibus benedictionis ipsi per Petrum, ep.um Sabinen., impensæ. (*V.* 129, n. 502.)

BENEDICTI XII

INDULTA CARDINALIBUS CONCESSA

ANNI VII (1341)

Benedictus XII concedit quibusdam cardinalibus facultatem visitandi per alios ecclesias, monasteria, et alia loca, atque personas in eorum beneficiis consistentia, necnon in iisdem locis procurationes in pecunia numerata recipiendi, videlicet:

12 (II id.) *feb. 1341.* Gr. pro card.

8993. — *Joanni, s. Angeli diac. card.*, pro archid. suo Cathalaunen., ad biennium (30 tur. arg. procurat. pro qualibet die.) — I. e. m. abb. monast. ad Montes Catalaunen., et præp. Maguntin., ac archid. de Virtute Catalaunen. (*V.* 129, n. 33.)

10 (VI id.) *maii.* Gr. pro card.

8994. — *Petro, ep.o Prænestin.*, pro archidiac. suo Eboracen., ad triennium, (30 tur. arg. pro qualibet die). — In e. m. s. M. Eboracen., et s. Florentii de Salmuro, Andegaven. di., monast. abbatibus, ac Galhardo Nigri, archid. de Boriaco in eccl. Convenarum. (*V.* 129, n. 72, 165.)

Ut s.

8995. — *Bertrando, ep.o Ostien.*, pro archidiac. suo Cenomanen., ut supra. — In e. m. abb. monast. s. Vincentii, et Castrilidii, ac de La Valle eccl. Cenomanen. archid.is. (*V.* 129, n. 69.)

Ut s.

8996. — *Dicto card.*, ut supra, pro archid. suo Lesaten. in eccl. Tolosana. — In e. m. abb. s. Saturnini, et præp., ac cancellario Tolosan. (*V.* 129, n. 70.)

Ut s.

8997. — [*Annibaldo, ep.o Tusculano*, pro archid. suo de Nottingam, in eccl. Eboracen., ut supra. — In e. m. ep.o Londonien., et decano Lincolnien., ac præp. s. Petri de Manzano, Asten. di., PP. cap. (*V.* 129, n. 86.)

Datum *Avenione.*

Benedictus XII concedit quibusdam cardinalibus facultatem visitandi per alios ecclesias, monasteria, et alia loca, atque personas in eorum beneficiis consistentia, necnon in iisdem locis procurationes in pecunia numerata recipiendi, videlicet :

10 (VI id.) *maii.* Gr. pro card.

8998. — *Eidem card.*, ut supra, quoad archidiac. de Bukinham in eccl. Lincolnien. — In e. m. exsecutoribus, ut s. (*V.* 129, n. 87.)

Ut s.

8999. — *Galhardo, s. Luciæ in Silice diac. card.*, pro archid. suo Pictavien., ad triennium (30 tur. arg. procurat. pro qualibet die.) — In e. m. Parisien., et Avenion., ac Vasaten. ep.is (*V.* 129, n. 121.)

Ut s.

9000. — *Eidem card.*, ut supra, quoad archidiacon. Oxoniæ in eccl. Lincolnien. — In e. m. archiep.o Cantuarien., et Londonien., ac Avenion. ep.is. — *Eidem card.*, idem quoad archidiacon. Majoris Caleti in eccl. Rothomagen. — In e. m. Parisien., et Lexovien., ac Avenionen. ep.is. — *Eidem card.*, idem quoad archidiacon. Narbonen. — In e. m. Albien., et Avenion., ac Magalonen. ep.is. — *Eidem card.*, idem quoad archidiacon. Vallispositæ in eccl. Burgen. — In e. m. archiep.o Toletan., et Calaguritan., ac Avenion. ep.is. (*V.* 129, n. 121.)

Ut s.

9001. — *Petro, ep.o Sabinen.*, pro decanatu suo Compostellan., et archidiac. de Salves in eadem eccl., ad VI annos (procurat. 20 tur. arg. pro qualibet die.) — In e. m. de Coronato Compostellan., et de Baroncelle Aurien., ac de Alava Calaguritan. archid.is (*V.* 129, n. 107.)

Ut s.

9002. — *Eidem card.*, idem quoad archid. de Vanasca in eccl. Ilerden. — In e. m. decano Ilerden., et de Baroncelle Aurien., ac de Alava Calaguritan. archid.is (*V.* 129, n. 108.)

Ut s.

9003. — *Eidem card.*, quoad archid. de Gualdafaiara, in eccl. Toletan. — In e. m. Toletan., et de Baroncelle Aurien., ac de Alava Calaguritan. archid.is. (*V.* 129, n. 109.)

Ut s.

9004. — *Joanni, s. Angeli diac. card.*, pro archidiacon. Belnen. in eccl. Eduen., ad biennium. — In e. m. præp. Maguntin., et Eduen., ac de Virtute Catalaunen. archid.is. (*A.* 55, f. 68; *V.* 129, n. 223.)

Ut s.

9005. — *Petro, s. Clementis pr. card.*, ad triennium, pro archidiacon. Engolismen., (30 tur. arg. progurat. pro qualibet die.) — In e. m. præp. s. M. Cracovien., et Joanni de Floriaco, Bituricen., ac Bernardo Rasquassii, Cavallicen. canonicis. (*V.* 129. n, 173.)

Ut s.

9006. — *Eidem card.*, ut supra, quoad archidiac. Brivaten. in eccl. Claromonten. — In e. m. exsecutoribus, ut s. — *Eidem card.*, ut supra, quoad archidiacon. Flavigniacen. in eccl. Eduen. — In e. m. eisdem. — *Eidem card.*, ut supra, quoad archidiacon. Noviomen. — In e. m. eisdem. — *Eidem card.*, ut supra, quoad archidiacon. Nivernen. — In e. m. eisdem. (*V.* 129, n. 173.)

Ut s.

9007. — *Eidem card.*, ut supra, pro archid. suo de Bria in eccl. Parisien. — In e. m. abb. monast. s. Dionysii in Francia, Parisien. di., et præp. s. M. Cracovien., ac sacristæ Valentin. (*A.* 55, f. 109 v° ; *V.* 129, n. 293.)

Ut s.

9008. — *Gaucelino, ep.o Albanen.*, pro archid. suo Ostravanen. in eccl. Atrebaten., ad triennium, (30 tur. arg. procurat pro qualibet die). — In e. m. majori, et Montispensati Caturcen., ac de Constantino Constantien. archid.is. (*A.* 55, f. 109 v°; *V.* 129, n. 294.)

Ut s.

9009. — *Eidem card.*, quoad archid. Turonen. — In e. m. exsecutoribus, ut s. (*A.* 55, f. 110; *V.* 129, n. 295.)

Ut s.

9010. — *Joanni, ep.o Portuen.*, quoad archid. Norenthoniæ in eccl. Lincolnien., (30 tur. arg. procurat. pro qualibet die.) — In e. m. Bosolo de Parma, Tornacen., PP. cap., et Raimundo Pelegrini, Londonien., ac Bernardo Vinnetis, Vasaten. canonicis. (*A.* 55, f. 110 ; *V.* 129, n. 296; Bliss, II, p. 553.)

Datum *Avenione.*

Benedictus XII concedit quibusdam cardinalibus facultatem visitandi per alios ecclesias, monasteria, et alia loca, atque personas in eorum beneficiis consistentia, necnon in iisdem locis procurationes in pecunia numerata recipiendi, videlicet :

10 (VI id.) *maii.* Gr. pro card.

9011. — *Neapoleoni, s. Adriani diac., card.*, quoad archidiacon. de Lantario in eccl. Tolosan., ad triennium, ut supra. — In e. m. mag. Raynaldo de filiis Ursi, archid. de Campinia Leodien., P. P. not., et Bernardo de Turre, Urgellen., ac Germano de Castronovo, Appamiarum canonicis. (*A.* 55, f. 110; *V.* 129, n. 297.)

Ut s.

9012. — *Raimundo, s. M. Novæ diac. card.*, quoad archidiac. Suessionen., ad triennium, (procurat. 30 tur. arg. pro qualibet die.) — In e. m. decano Burdegalen., et Bernardo de Quintania, can. Pictavien., ac officiali Lincolnien. (*A.* 55, f. 241 v°; *V.* 129, n. 474.)

Ut s.

9013. — *Eidem card.*, pro archidiac. Agennen., ut supra. — In e. m. priori s. Caprasii Agennen., et archid. Gamagen. Vasaten., ac officiali Agennen. (*A.* 55, f. 175; *V.* 129, n. 390.)

Ut s.

9014. — *Eidem card.*, quoad archidiac. Andegaven., ut supra. — In e. m. decano Burdegalen., et Petro de Guilhossio, can. Andegaven., ac officiali Andegaven. (*A.* 55, f. 242; *V.* 129, n. 475.)

Ut s.

9015. — *Eidem card.*, pro archidiac. Mimaten., ut supra. — In e. m. decano s. Severini Burdegalen., et archid. Gamagen. Vasaten., ac officiali Mimaten. (*A.* 55, f. 174; *V.* 129, n. 388.)

Ut s.

9016. — *Eidem card.*, pro archidiacon. Senonen., ut supra. — In e. m. decano et archid. prædictis et officiali Senonen. (*A.* 55, f. 221 v°; *V.* 129, n. 452.)

Ut s.

9017. — *Eidem card.*, pro archidiac. de Alcor in eccl. Palentin., (procurat. 20 tur. arg. pro die qualibet.) — In e. m. de Fusellis, et de Lavansa Palentin. abbatibus, ac archid. Gamagen. Vasaten. (*A.* 55, f. 174 v°; *V.* 128, n. 389.)

Ut s.

9018. — *Eidem card.*, pro archidiac. suo de Nendis in eccl. Compostellan., ut supra. — In e. m. de Coronato, et de Regina Compostellan., ac Gamagen. Vasaten. archid.is. (*A.* 55, f. 175; *V.* 129, n. 391.)

8 (VI id.) *jun.* Gr. pro card.

9019. — *Bertrando, s. M. in Aquiro diac. card.*, pro archidiac. suo Lautricen. in eccl. Albien., ad trien. (procurat. 30 tur. arg. pro die qualibet.) — In e. m. ep.o Asten., et præp. Albien., ac thesaur. Turonen. (*V.* 129, n. 91.)

Ut s.

9020. — *Eid. card.*, ut supra, quoad archidiac. de Calatrava in eccl. Toletan. — In e. m. archiep.o Toletan., et ep.o Asten., ac thesaur. Turon. (*V.* 129, n. 92.)

Ut s.

9021. — *Eidem card.*, ut supra, pro archidiac. suo de Thoarcio in eccl. Pictavien. — In e. m. ep.o Asten., et decano Pictavien., ac thesaur. Turonen. (*V.* 129, n. 93.)

Ut s.

9022. — *Eidem card.*, ut supra, pro archidiac. Sigaloniæ in eccl. Aurelianen. — In e. m. ep.o Asten., et decano Aurelianen., ac thesaur. Turonen. (*V.* 129, n. 94.)

Ut s.

9023. — *Eidem card.*, ut supra, pro archidiac. de Vallibus in eccl. Caturcen. — In e. m. ep.o Asten., et thesaur. Turonen., ac Pontio Molinerii, can. Caturcen. (*V.* 129, n. 95.)

Datum *Avenione.*

BENEDICTI XII

LITTERÆ

COMMUNES, SEU DIVERSARUM FORMARUM

ANNI VII (1341)

10 (IV id.) *jan. 1341.* T. XII.

9024. — *Patriarchæ Constantinopolitano,* mand. ut se informet et referat de facultatibus et proventibus capit. Colossen., necnon de annuo valore ipsorum, et quotus numerus canonicorum consideratis dictis redditibus potest in eadem eccl. statui. (*V.* 129, n. 11.)

Ut s. — T. XIII.

* **9025.** — *Ep.o Pragen.,* mand. ut superstites complices Henrici de Wolkow, militis Lubucen. di., qui, XIV sunt jam anni elapsi, destruxerunt et concremarunt eccl. Lubicen. et paroch. eccl. s. Petri loci Goritiæ, Lubucen. di., si de eadem dirutione constiterit, faciat excommunicatos publice nuntiari et ab omnibus evitari, donec absolutionem condignam meruerint obtinere : ex querela Stephani, ep.i, et decani, ac capit. Lubucen. (*V.* 129, n. 18; Riezler, n. 2093.)

11 (III id.) *jan.* T. XXXX (2 litt.)

9026. — *Ad perp. rei mem.* Pro canonicis regularibus S. A. dividuntur provinciæ Toletan., Hispalen., Compostellan., ac Bracharen., quæ pro una provincia censebantur. Statuitur quod Toletan., Ispalen. et Compostellan. quoad tenenda capitula pro una provincia, Bracharen. vero pro alia censeantur. (*V.* 129, n. 8 et 8 bis.)

Ut s. — T. XII.

9027. — *Archiep.o Turonen., et ep.o Carnoten.,* mand. ut se informent de perficiendo pacis tractatu super quæstione quæ vertitur inter abb. et conv. monast. Majoris Monasterii Turonen. ad Rom. Eccl. nullo medio pert., O. S. B., ac quosdam priores prioratuum dicto monast. subjectorum, ex una parte, et comitem Blesen., dominum castri Reginaldi, Carnoten. di., ex altera, et de ejus circumstantiis universis, et an idem tractatus, si perficiatur, redundet in utilitatem dictorum monast. et prioratuum. (*V.* 129, n. 12.)

13 (id.) *jan.* T. XX.

* **9028.** — *Guigoni, electo Cassinen.,* mand. ut se informet de damnis et injuriis illatis Nicolao, Pennen. et Adrien. ep.o, et ejus ecclesiæ, per Jacobum de Legoniano, Nicolaum Sebastiani, Jacobum de Collemedio, Ricardum de Collealto, Pandulphum Rogerii, Galterum Berardi, Leonardum Attiboni, Mathæum Francisci, et quond. Robertum de Collemedio, canonicos ejusd. eccl., qui, præter alios graves excessus, die VIII præteriti mensis martii eumdem ep.um « capi, et captum cum capite versus terram ad locum ubi eccl. Pennen. est sita, violenter adduci fecerunt, et ibidem per XXXIV dies eum detinuerunt invitum; » interim autem ad dictam eccl. quam idem ep.us propter excessus et demerita dictorum can. supposuerat interdicto, eum in dominica

Datum *Avenione.*

Palmarum violenter adducere et ramos palmarum ibidem dare, ac in die Jovis sanctæ, Chrisma conficere, ac in quadam capella eidem eccl. contigua missam celebrare per vim et metum compulerunt. Mand. etiam ut omnes culpabiles citentur ut infra 40 dies apost. conspectui se præsentent. (*V.* 129, n. 51.)

19 jan. (XIV kal. feb.) T. XII.

9029. — *Ad fut. rei mem.* reservatur provisio monast. Aquiscincten., O. S. B., Atrebaten. di., per obit. Joannis abb. vac. (*V.* 129, n. 103.)

21 jan. (XII kal. feb.) T. X.

9030. — *Præp. s. Secundi Asten., et rectori de Castagraco, Asten.di., ac gardiano Minorum Asten.*, mand. ut citent pro secunda et peremptoria vice Facinum, perpet. cap. Asten., olim rectorem eccl. de Antignano, Asten. di., et Jacobum Vacham, de Monteclaro, cler. ejusd. di., tricesima die post citationem hujusmodi, sub pœna privationis beneficiorum suorum, coram P. P. comparituros, et super certis negotiis ipsum informaturos. (*A.* 55, f. 64; *V.* 129, n. 213.)

Ut s. — T. XVI.

* **9031.** — *Bernardo de Lacu, can. Ruthenen., rectori Patrim. B. Petri in Tuscia*, mand. ut nob. Hugolinum Boncontis, et fratres suos de domo Monaldensium, et Petrucium Petri Comitis, cives intrinsecos Urbevetan., ex parte una, et nob. filios quond. Hermanni et Berardi de Monaldensibus, cives Urbevetan. extrinsecos, ex altera, salvo tamen jure Rom. Eccl., ad faciendum pacem auctoritate apost. compellat. (*V.* 129, n. 15.)

24 jan. (IX kal. feb.) T. XVI.

* **9032.** — *Ep.o Glasguen.*, mand. ut, consid. David, regis Scotiæ, auct. apost. fructus spectantes ad præb. de Are in eccl. Glasguen., per obit. Willelmi de Lyndesay vac., super qua Joannes More et Willelmus, Thomæ de Lyndesay filius, clerici suæ di. litigant, sequestrare et custodire procuret, exhibiturus id quod de fructibus ipsis, debitis supportatis, supererit illi qui præb. canonice obtinebit. (*V.* 129, n. 16; Bliss, II, p. 550.)

31 jan. (II kal. feb.) T. X.

9033. — *Abb. monast. s. Joannis de Orbisterio, O. S. B., Lucion. di.*, mand. ut aliquibus monachis dicti monast. ad serviendum in divinis off. et ad custodiam secum in eodem monast. retentis, reliquos mon. et conversos in aliis monast. vicinis ejusd. ord. per priorem monast. de Angliis, Lucionen. di., poni et locari sinat, juxta litterarum eid. priori directarum continentiam, quousque dictum monast. fuerit reparatum. (*A.* 55, f. 94; *V.* 129, n. 263; cf. n. 8939.)

Ut s. — T. X.

9034. — *Priori monast. de Angliis, per priorem soliti gub., Lucionen. di.*, mand. ut aliquos monachos dicti monast. s. Joannis de Orbisterio ad requisitionem abb. prædicti collocet in monasteriis circumvicinis. (*A.* 55, f. 94; *V.* 129, n. 264.)

3 (III non.) *feb.* T. XXIV.

* **9035.** — *Decano eccl. Atrebaten., et officiali Petragoricen.*, mand. ut ad eccl. Petragoricen. se transferentes, de statu et redditibus ipsius eccl., ac de quibusdam excessibus, quæ in ea committuntur diligentius inquirant; baillivias et alia bona capit. indebite alienata ad mensam ejusd. capit. revocent, et duos canonicos prosperum statum zelantes citent coram P.P. personaliter comparituros et ipsum informaturos. (*A.* 55, f. 62 v°; *V.* 129, n. 211.)

9 (V id.) *feb.* T. XII.

9036. — *Mag. et fratres Hospitalis s. Mariæ Theutonicorum in Livonia*, hortantur ut, pro divina et Apost. Sedis reverentia, abbates et conv. monast. de Walkana, de Pades, et de Guthualia, Cist. ord., Tarbaten., Revalien. et Lincopen. di., eorumque monast. defendant a turbationibus, spoliis, damnis et injuriis eis illatis per capitaneum regni Daciæ, qui cuilibet monast. 400 march. arg. pro « tallia » temere imposuit in derogationem ecclesiasticæ libertatis, quique hujusmodi pecuniarum summas per captionem personarum et bonorum, pro majori parte in dicto regno existentium, extorquere nititur; aliunde ipsa monast. in Christianorum finibus constituta a non-

Datum *Avenione.*

nullis nobilibus et aliis personis multipliciter affliguntur. (*A.* 55, f. 117 v°; *V.* 129, n. 315; Riezler, n. 2094; Theiner, *Monum. Pol.* I, p. 428.)

13 (id.) *feb.* Gr. pro Deo.

9037. — *Archiep.o Januen., et archid. de Ripasilli Astoricen., ac scholast. s. M. ad Gradus Maguntin.*, mand. ut invocato, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis, aggravent sententias contra decanum et capit. eccl. s. Stephani Maguntin., ac Gerlacum, dictum Moer, scholast. eccl. in Minstermeynuelt, Treveren. di., latas, ex eo quod canon. et præb. dictæ eccl. s. Stephani detinuerunt et detinent occupatos; non obst. quod de eisdem per litteras apost. Joannes de Rudensheim fuerit provisus, qui diutius contra eos in Rom. curia litigavit; nec sententiæ a dicto Joanne obtentæ paruerunt; propter quod suspensionis, excom. et interdicti incurrerunt sententias, quibus non obst. divina celebrare præsumunt : instante eodem Joanne. (*V.* 129, n. 27.)

14 feb. (XVI kal. mart.) T. X.

9038. — *Aiquelinus, ep.us Engolismen.*, citatur ut infra unius mensis spatium, quod pro peremptorio termino assignatur, coram P. P. respondeat de gravaminibus illatis Bertrando Raimundi de s. Genesio, decano Engolismen., cap. domestico et commensali Bertrandi, s. Mariæ in Aquiro diac. card. (*A.* 55, f. 64 v°; *V.* 129, n. 214.)

Ut s. — Gr.

9039. — *Idem ep.us* citatur ut infra unius mensis spatium, quod pro peremptorio termino assignatur, coram PP. compareat responsurus de molestiis Petro, s. Clementis pr. card., illatis, super juribus archidiaconatus sui Engolismen. (*A.* 55, f. 67 v°; *V.* 129, n. 222.)

6 (II non.) *mart.* T. X.

9040. — *Ad fut. rei mem.* Reservatur ecclesia Vulteran., cui nunc præsidet Ranutius ep.us, cum ipsa vacaverit. (*V.* 129, n. 61.)

Ut s. — T. X.

9041. — *Ad fut. rei mem.* Reservatur plebanatus plebis de Rippamarantia, Vulteran. di., vacans. (*V.* 129, n. 60.)

14 (II id.) *mart.* T. XVI; Gr.

9042. — *Archiep.o Aquen., et præp. Sistaricen., ac Rostagno Cabassole, archid. Regen., PP. cap.*, mand. ut, invocato, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis, procedant ad ulteriorem exsecutionem in processibus habitis per ipsum archid. contra capit.et canonicos eccl. Viennen. qui excom., suspensionis et interdicti sententias incurrerunt, ex eo quod Jacobum Gomberti, natum Jacobi Gomberti, domicelli, a Joanne XXII porvisum de canon. et præb. ejusdem eccl., in ipsa recipere noluerunt, dictasque sententias per sex annos et amplius sustinuerunt et sustinent. (*V.* 129, n. 40.)

15 (id.) *mart.* T. XVI.

9043. — *Ep.o Asten., et abb. monast. Conchen., Ruthen. di., ac officiali Ruthen.*, mand. ut compellant præpositum et conv. monast. villæ Montis Salvii, O. S. A., Sancti Flori di., ad pulsandum campanam eccl. suæ in missa, quæ de mandato P. P. dicitur in aurora pro commoditate agricultorum et aliorum habitatorum dictæ villæ, necnon ad faciendum « signum » in elevatione Dominici Corporis consuetum in eadem villa et locis circumvicinis, ac fere per totam Christianitatem fieri. Hæc autem ipsi facere nolunt, dictum mandatum apost. ægre habent, quodammodo dictam missam inviti dicentes et habitatores præfatos effectu gratiæ hujusmodi frustrari conantes. (*A.* 55, f. 97 v°; *V.* 129, n. 270; cf. n. 4992, 4993.)

Ut s.

* **9044.** — *Præp. et conv. monast. Montis Salvi per præp. soliti gub., O. S. A., Sancti Flori di.*, mand. ut dictam missam hora in litteris desuper expeditis assignata, quotidie dicant seu incipiant, et etiam cum præfationem ipsius missæ inceperint pro elevatione Corporis Jesu Christi faciant pulsari campanam, quam diebus ferialibus pulsare consueti sunt, cum volunt celebrare alias missas parochiales, vel conventuales. (*A.* 55, f. 98 v°; *V.* 129, n. 271; cf. n. 4992, 4993.)

21 mart. (XII kal. apr.) T. XX.

9045. — *Raimundo Clerici, off. Convenarum*, mand. ut Hugonem, ep.um, olim can. Convenarum, pluresque alios can. Convenarum et can. defunctorum hæredes appellatione remota, absque mora, compellat ad solvendas pecuniarum quantitates capi-

Datum *Avenione*.

tulo ejusd. eccl. debitas, juxta examinationem in Rom. Curia factam super libris computorum et quaternis punctatorum, a XIII annis citra confectorum, et ad Sed. Ap. per abb. monast. de Lesato, Riven. di., commissarium deputatum propterea destinatorum. Scribuntur pecuniæ quantitates per unumquemque debitæ. (*A.* 55, f. 106 v°; *V.* 129, n. 287; cf. n. 7403, 8169.)

23 mart. (X kal. apr.) T. X.

* **9046.** — *Raymbaldo de Montebriono*, præceptori domus Hospitalis s. Joannis Hierosolymitani de Montebello, Aretin. di., ducatus Spoletan. rectori, mand. ut se informet et referat de unione olim sub Joanne XXII facta Rom. Eccl. et Cameræ ejusd., de monast. s. Euticii de Vallecastoriana, O. S. B., districtus terræ Nursiæ, Spoletanæ di., utrum sit utilis vel non, aut expediens Rom. Eccl. supradictæ; instantibus monachis ipsius monast., qui unionem hujusmodi prout damnosam eccl. et monast. revocari, ac monast., de persona provideri idonea supplicarunt. (*V.* 129, n. 45.)

Ut s. — T. X.

9047. — *Ancelmo, ep.o Maurianen.*, inhibetur ne ad unionem paroch. eccl. s. Mariæ de Cuyna, Maurianen. di., quam facere proponit prioratui de Camera, O. S. B., dictæ di., quovismodo procedat. (*A.* 55, f. 97 v°; *V.* 129, n. 269.)

25 mart. (VIII kal. apr.) T. XII.

9048. — *Officiali Mirapiscen.*, mand. ut se informet et referat circa litem pendentem inter priorem priorat. s. M. de Cambono, O. S. B., Mirapiscen. di., monast. Crassen., ejusd. ord., Carcassonen. di., subjecti, ac per ipsius monast. mon. soliti gub., ex una parte, et vicecomitem Fezensaguelli ex altera. Dictus enim vicecomes habet sub dominio et territorio dicti prioris aliquas terras, quas ab ipso priore tenere et recognoscere debet, et dictus prior viceversa aliquas terras sub dominio et territorio dicti vicecomitis sub recognitione aliquali eidem vicecomiti facienda tenet. Mand. ut super permutatione ad pacem tractandam, inter ipsos facienda (videlicet ut quilibet eorum id quod sub dominio suo consistere noscitur haberet absque aliqua recognitione) se informet, et si dicto priori illa sit utilis, eam faciendi licentiam concedat. (*A.* 55, f. 96 v°; *V.* 129, n. 267.)

Ut s. — T. XX.

* **9049.** — *Ep.o Barchinonen.*, mand. ut constitutiones factas super statu O. S. A. in monast. eccl. Terraconen., dicti ordinis, faciat obervari per Arnaldum archiep.um ejusd. eccl. Narrat enim Geraldus de Rupebertino, præp. dictæ eccl. quod, de quadam consuetudine, ipse et camerarius hujus monast. in certis festivitatibus anni, archiep.o Terraconen., et familiaribus, ac hospitibus suis, tam clericis quam laicis, quotquot ducere secum vellet, et aliis undecumque venientibus præbere victualia debebant in refectorio ipsius eccl.; ex quo observantia regularis infringebatur, et expensa 5,000 flor. auri annis singulis monasterium gravabatur. (*V.* 129, n. 44.)

29 mart. (IV kal. apr.) T. XVIII.

* **9050.** — *Præposito s. Bonifatii Halberstaden., et decano Merseburgen., ac scholast. Tullen.*, mand. ut contra Ottonem, archiep.um, necnon præp., decan., et capit. Magdeburgen., ac Gherlacum, dictum de Honuels, in archidiaconatu in Vansleve, Magdeburgen., per dictum archiep.um intrusum, ulterius procedant in exsecut. diffinitivæ sententiæ in Palatio apost. a Conrado, dicto Kronsben, super eodem archidiacon. reportatæ, cujus occasione iidem archiep.us, præp., decanus et capit. suspensionis, excom. et interdicti sententias incurrerunt; sequitur citatio adversus præcipuos contradictionis actores. (*A.* 55, f. 120 v°; *V.* 129, n. 321.)

Ut s. — T. XIV.

9051. — *Archiep.o Remen.*, mand. ut faciat restitui Guillelmo, ep.o Cameracen., restam fructuum quorumdam bonorum ipsius ep.i levatorum ab Hugone de Hospitali, Burgensi castri de Dola, laico Bisuntin. di., et ejusd. ep.i procuratore; ac ipsi ep.o faciat justitiæ complementum. (*V.* 129, n. 59).

Ut s. — Gr. pro card.

9052. — *Bertrando, s. M. in Aquiro diac. card.*, mand. ut canonicos non residentes in eccl. Lateranen. auctoritate apost. compellat ad residendum, ad statuta eccl. in-

Datum *Avenione.*

violabiliter observandum, nec non ad restituendum proventus indebite perceptos. (*V.* 129, n. 55.)

1 (kal.) *apr.* T. XXII.

* **9053.** — *Leodien., et Trajecten., ac Tornacen. ep.is*, mand. ut publicent repulsionem appellationis frivolæ per Guillelmum, comitem Hanoniæ, interpositæ a sententiis excom. et interdicti in eum prolatis propter excessus in Guillelmum, ep.um et eccl. Cameracen. commissos; prætereaque ad aggravationem processuum juxta aliarum ipsis directarum continentiam litterarum, appellatione prædicta nequaquam obstante, procedant. (*A.* 55, f. 69 v°; *V.* 129, n. 226; cf. n. 9150, 9151, Riezler, n. 2098.)

15 apr. (XVII kal. maii.)

9054. — *Nicolaus, ep.us Assisinaten.*, constituitur usque ad P. P. beneplacitum vicarius in spiritualibus in Urbe, post obit. Joannis ep.i Anagnin. (*V.* 136, f. 25 v°, n. 54.)

16 apr. (XVI kal. maii.) T. XX.

9055. — *Ep.o Elnen.*, mand. ut in suis civit. et di., et specialiter per guardianum et conv. ord. Min. villæ de Perpignano faciat inviolabiliter observari constitutionem Joan. XXII, an. VIII, qua ordinavit ut religiosi ordinum Mendicantium in nullo conv. suo seu loco plures campanas habeant sine Sed. Ap. licentia speciali, sed una tantummodo pro loco quolibet sint contenti; cum insertione dictæ constitutionis (*A.* 55, f. 101; *V.* 129, n. 275; Eubel, *Bull. Francisc.* VI, n. 131.)

Ut s. — T. XVI.

9056. — *Carolus, rex Hungariæ,* hortatur ut pro divina et Ap. Sedis reverentia Andream Benedicti, præp. eccl. s. Petri de Posaga, Quinque Ecclesien. di., permittat sententia, quam super præpositura sua contra Andream, dictum Ukur, archid. de Tolna in eccl. Quinque Ecclesien. in Rom. Curia reportavit, et ejus exsecutione gaudere, et impedimenta quælibet in contrarium ab ipso rege seu de ejus mandato opposita faciat amoveri. (*A.* 55, f. 103 v°; *V.* 129, n. 282; Theiner. *Monum. Hung.* I, p. 641.)

Ut s. — T. XIV.

9057. — *Archiep.o Januen., et Agrien., ac Zagabrien. ep.is*, mand. ut præfatam sententiam contra quoscumque exsecutioni demandent. (*A.* 55, f. 104 v°; *V.* 129, n. 283, *rub.*)

Ut s. — T. XX.

9058. — *Ep.o Imolen.*, mand. ut se informet et referat super eo quod Jacobus et Joannes, filii nob. Thadæi de Pepolis, militis, cives Bononien., requiri fecerunt priores domorum ord. Cruciferorum, et eis minas et terrores inferri, ut in domo s. Mariæ prope Bononiam, dicti ord., Gerardum, Mediolanen., vel Petrum, Pontis Potentiæ, Firman. di., domorum dicti ord. priores, uti magistros eligerent ordinis prædicti post obit. Benvenuti; qui quidem priores per vim et metum dictum Gerardum elegerunt. (*A.* 55, f. 71 v°; *V.* 129, n. 230; cf. n. 8275.)

Ut s. — T. XVI.

9059. — *Cantori Heselacen., et Rivangen., Argentinen. di., ac mag. Francisco de Amelia, Tullen. scholasticis.* Exposuit Walterus Friderici, can. eccl. s. Thomæ Argentinen., quod dudum ipse super præb. ipsius eccl., per obit. Friderici de Genderthem, vac., cum quond. Sigelone, dicto Waldener, qui præb. occupaverat eamdem, cumque Joanne, nato Hessonis Herlini, cler. Argentinen., qui se jus falso in ea prætendebat habere, diutius apud Sed. Apost. litigavit, et demum diffinitivas sententias reportavit. Cum autem Sigelinus, præpositus, Joannes, decanus, Joannes, scholast., Nicolaus, thesaur., Nicolaus Wetzelonis, Joannes de Baden, Henricus Zerine, canonici dictæ eccl., eisdem sententiis parere noluerint, excom. et interdicti sententias incurrerunt, quas diutius sustinerunt et adhuc sustinent. Ideo P. P. judicibus mandat ut ad aggravationem procedant sententiarum prædictarum contra dictos præp., decan., scholast., thesaur., ac canonicos, et Joannem Hessonis quem, prædicto Sigelone vita functo, dictus scholasticus, vicarius Bertholdi, Argentinen. ep.i, (sub cujus sigillo

Datum *Avenione.*

fabricat litteras ad impediendum exsecutionem Sedis Apost. mandatorum) in dictam præb. intrusit, protegit et defendit. (*A.* 55, f. 78; *V.* 129, n. 240.)

17 apr. (XV kal. maii.) T. XX.

9060. — *Ad. perp. rei mem.* — Annotatur tenor litterarum Honorii III, (Lateran., id jun. a. v.) quibus conceditur ep.o et capit. Bononien. ut archidiaconatui Bononien., cum vacaverit, de persona idonea providere possint; statuitur etiam ut archidiaconus in absentia, nisi absens pro negotiis fuerit, fructus non percipiat, nec officium suum alicui committere valeat exsequendum; sed, absente archid. vel archidiaconatu vacante, capit. ipsum off. adimpleat, et fructus percipiat : instante Beltramino, ep.o, et capit. Bononien.; nam litteræ originales casualiter sunt amissæ. (*A.* 55, f. 102 v°; *V.* 129, n. 278.)

20 apr. (XII kal. maii.) T. XVI.

9061. — *Mag. Bernardo de Lacu, can. Ruthenen., rectori patrim. b. Petri in Tuscia,* mand. ut faciat justitiæ complementum super eo quod Thomas, ep.us Interamnen., cum potentia universitatis et hominum civ. Interamnen. auctoritate propria et de facto occupavit eccl. s. Valentini in Campo, Narnien. di., ex quo guerræ et nonnulla alia scandala inter civitates Narnien. et Interamnen. noviter sunt exorta; instante Lino, ep.o Narnien. (*A.* 55, f. 78 v°; *V.* 129, n. 241.)

Ut s. — T. X.

9062. — *Guillelmo, ep.o Theatin.*, mand. ut se informet et referat super impressionibus a sæcul. potentia factis, ut Joannes Mathoni, cantor eccl. s. Nicolai Baren. eligeretur ad episcop. Aversan. per obit. Bartholomæi vac. (*A.* 55, f. 73 v°; *V.* 129, n. 233.)

Ut s. — T. XII.

9063. — *Nob. capitaneus regni Daciæ ac ducatus Revalien.*, hortatur ut, pro divina et Ap. Sed. reverentia, studeat penitus revocare impositionem « talliæ » 400 march. arg. Rigen. contra sanctiones canonicas attentatam, et per ipsum ab abbatibus et conv. de Walkana, de Pades et de Guthualia, Cist. ord., Tarbaten., Revalien., et Lincopen. di., per captionem personarum et bonorum extortam; instantibus mag. et fratribus hospitalis s. M. Theutonicorum in Livonia quos dicti abbates et conv. ad ord. ipsum asserunt specialem affectionem habere. (*A.* 55, f. 161; *V.* 129, n. 371; Theiner, *Monum. Pol.* I, p. 429.)

24 apr. (VIII kal. maii.) T. XXX.

9064. — *Laudunen., Noviomen. et Nolan. ep.is,* mand ut Guillelmum, comitem Hanoniæ, Joannem, ducem Brabantiæ, et Joannem de Hanonia, ipsius Guillelmi patruum et dom. de Falcomonte, necnon communitates, universitates et singulares personas Flandren. et Alosten. comitatuum aliosque occupatores et detentores castrorum, villarum, et bonorum combustorum, seu destructorum, ad præpositum, decan. et capit. eccl. Cameracen. pert., moneant et efficaciter inducant ut eadem castra et bona integre restituant, et de damnis satisfaciant; alioquin sententias excom. et interdicti proferant et ad aggravationem aliarum pænarum autoritate apost. procedant. (*A.* 55, f. 105 v°; *V.* 129, n. 285; Riezler, n. 2099.)

25 apr. (VII kal. maii.) T. X.

9065. — *Ad fut. rei mem.* — Reservatur paroch. eccl. de Gandesia, Dertusen. di., (70 lib. jaccen.), ad ep.i Dertusen. collat. pertin., et per obit. Berengarii Ferrarii vac. (*A.* 55, f. 116; *V.* 129, n. 311.)

30 apr. (II kal. maii.); Gr.

* **9066.** — *Ep.o Nucerin.*, mand. ut Franciscum Stephani restituat in corporalem possessionem prioratus s. Quirici prope Bictonium, O. S. B., Assisinaten. di., juxta sententias pronunciatas contra Hugolinum de Ballionibus, de Perusio, mon. monast. Clarævallis, Cist. ord., Camerinen. di., qui dictum Franciscum ipso prioratu spoliavit, quem a Joanne XXII obtinuit in commendam, nec post revocationem commendarum dudum factam dimisit. Eidem ep.o mand. ut, amotis dicto Hugolino et quodam fratre suo, ipsi Francisco de fructibus indebite perceptis satisfactionem impendi fa-

Datum *Avenione.*

ciat, invocato, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Describuntur vices causarum. (*V.* 129, n. 81.)

30 apr. (II kal. maii.) T. XX.

9067. — *Ep.o Senen., et abb. monast. de Turri, Senen. di., ac Raynaldo de Malavoltis, can. Senen.* — Exposuit Rainuccius, ep.us Vulterranus, quod cum ipse ep.us noluisset consentire ut Philippus, filius Octaviani de Belfortibus, militis, cler. Vulterran., patiens in scientia et ætate defectum, Benedicto fratri suo, qui canon. et præb. eccl. Vulterran., ac plebanatum plebis s. Joannis de Ripamarantia, Vulterran. di., dum vixit obtinuit, in canon. et præb. ac plebanatu prædictis succederet, præfatus Octavianus ejusque filii et consortes contra dictum ep.um et suos odii rancore concepto plebanatum prædictum occupantes, illum biennio jam elapso detinuerunt, prout adhuc detinent; et Jacobum Manettuccii, de castro Florentino, pr., quem idem ep.us instituerat in plebanatu prædicto, immaniter occidi fecerunt, ita ut non reperiretur alius qui se intromitteret de eodem. Præterea ipsi culpabiles civitatem Vulterran., tunc in obedientia Eccl. persistentem, violenter occuparunt multaque homicidia, prædationes, et incendia commiserunt; duos germanos ipsius ep.i, videlicet Joannem et Jacobum, carceri manciparunt; domos eorum incendio concremarunt, in quibus quædam puella, neptis ipsius ep.i, dictique Joannis filia, combusta fuit; episcopale palatium bonis omnibus spoliarunt, ac familiam ipsius ep.i ejecerunt; acta curiæ, testamenta multorum civium, instrumenta, ornamenta et jura ipsius ep.i et eccl. ibidem reperta ad impediendum justitiam combusserunt; dictum ep.um ut hostem tractant et eidem mortem minantur. Quare P. P. mandat supradictis judicibus ut de prædictis excessibus se plenius informantes, si res ita sint, contra dictum Octavianum et suos complices ad dimissionem et restitutionem civit. prædictæ, ac plenam liberationem eorumdem Joannis et Jacobi procedant, dictum ep.um et quoslibet spoliatos vel ejectos, ad civit., et bona sua ad statum debitum reducant, et reductos defendant. (*A.* 55, f. 107; *V.* 128, n. 288.)

2 (VI non.) *maii.* T. XII.

9068. — *Rectori civit. Beneventan.*, mand. ut faciat justitiæ complementum super eo quod officiales, successores quond. Guillelmi de Balaeto, prædictæ civit. rectoris, sine aliqua justa causa, Clericum de Foro, civem Beneventan., qui olim in juvenili ætate constitutus, cum in quodam insultu, propter mala opera Hugonis de Layssaco, tunc prædictæ civit. rectoris a Joanne XXII deputati, per nonnullos cives civit. ejusd. facto in palatio Rom. Eccl. sine armis ad videndum, more puerili, quid fieret, præsens fuerit, in processibus tunc factis nominatus existit, in dicta civit. admittere denegaverunt, et bona ejus omnia occupaverunt. (*A.* 55, f. 160 v°; *V.* 129, n. 370.)

6 (II non.) *maii.* T. XVI.

9069. — *Mag. Bernardo de Lacu*, can. Ruthen., rectori Patrim. b. Petri in Tuscia, mand. ut, prævia informatione, Jacobum de Sabello, civem Romanum, compellat ad satisfaciendum priori et capit. basil. Principis Apost. de Urbe; nam ipse, temeritate propria, castrum Bucceye situm in districtu dictæ Urbis, quod spiritualiter et temporaliter juris et proprietatis est dictæ basilicæ per gentes et stipendiarios suos invadi et spoliari, ac castrum ipsum totum postea fecit ignis incendio concremari. (*A.* 55. f. 112 v°; *V.* 129, n. 303; *Bull. basil. Vat.* I, p. 319.)

7 (non.) *maii.* T. XX.

9070. — *Ep.o Claromonten.*, mand. ut abb. monast. Yssiodori, O. S. B., Claromonten. di., compellat ad servandum constitutiones in ord. Mon. Nigrorum editas, ac revocet quæ contra constitutiones ipsas repererit attentata in gravamen Guillelmi Coche, mon. et camerarii monast. præfati. Qui quidem Guillelmus exposuit quod quamvis fructus officii camerariæ (25 lib. tur. parv.) ad victum, vestitum, et alia necessaria monachis ministranda non sufficerent, dictus tamen abb. eum monuerat, sub excom. pœna, ut omnibus monachis claustralibus vestiarium exhiberet; propter quod

Datum *Avenione.*

idem camerarius ad P. P. appellarat. Idem autem abbas, appellatione contempta, ipsum camerarium portione monachali panis et vini privavit, et in eum excom. sententiam tulit. Sed P. P. eidem abbati mandavit ut constitutiones supradictas observaret, ac revocaret quæ in contrarium existerent innovata, donec foret aliud ordinatum; sed abbas litteras apost. contemnens, et eas penes se retinens, dictum camerarium moneri fecit ut a monast. secederet, ac inhibuit quod nullus monachus eum ad communionem admitteret nec ad divina, in contrarium facientes excom. sententiam promulgando. (*A.* 55, f. 113 v°; *V.* 129, n. 306.)

7 (non.) *maii.* Gr. pro socio.

9071. — *Ad fut. rei mem.* — Reservantur Sed. Apost. collationi beneficia quæ Raymundus de Vilheriis, prior sæc. non colleg. eccl. s. Georgii de Lebeiaco, Mimaten. di., obtinet. (*V.* 129, n. 190.)

Ut s. — T. XX.

9072. — *Ep.o Tarvien.*, mand. ut faciat justitiæ complementum super eo quod Emengardus de Posolis, juxta constitutionem in favore apostatarum editam, quæ incipit *Pastor bonus*, archidiaconatum Pardiaci in eccl. Auxitana, O. S. A., et locum canonicalem in ead. eccl., quos subreptitie obtinuit, dimittere, et ad fratrum Min. ord. quem expresse professus fuit remeare non vult; instantibus Arnaldo de Moleria, abbate Cellæfractæ, Hugone de Pardelhano, præposito s. Justini, Guillelmo Carpini, Armaniaci, Joanne de Mureto, de Manhaco archidiaconis, Bernardo Phanha, operario, Oddone de Massanis, Gastone de Jumaco et Raimundo Guillelmi de Enxio, canonicis eccl. præfatæ. (*A.* 55, f. 112 v°; *V.* 129, n. 304.)

9 (VII id.) *maii.* T. XX.

* **9073.** — *Ep.o Lucionen.*, mand. ut nob. Poncium de Mortaygue, vicecomitem de Aunayo, Xanctonen. di., auctoritate Apost. compellat ad observationem juramenti per ipsum præstiti de solvenda summa 1,350 lib. tur. parv. Joanni Ditoiz et Garciæ Douly, de Pampilona, mercatoribus in civit. Andegaven. commorantibus, debita pro certis equis quos ipsi vicecomiti vendiderant, et ad rediendum ad gremium et unitatem Ecclesiæ. (*A.* 55, f. 88 v°; *V.* 129, n. 253.)

12 (IV id.) *maii.* T. XII.

9074. — *Archiep.o Cantuarien.*, mand. ut attente provideat ne de cætero officiales sui aliquatenus inhibitiones et processus faciant similes illis quos fecerunt in causa Joannis de Rameseye, rectoris paroch. eccl. de Semere, Norwicen. di. Ipse enim super possessione ipsius eccl. contra Joannem de Blakenheim, dictæ di., per abb. monast. s. Edmondi, O. S. B., ejusd. di., præsentatum et in eadem eccl. intrusum, in Rom. Curia sententiam favorabilem reportavit. (*A.* 55, f. 114; *V.* 129, n. 307; Bliss, II, p. 553.)

Ut s. — T. XVI.

9075. — *Massilien., et Elien. ep.is, ac archid. Cantuarien.*, mand. ut præfatam sententiam exsecutioni debitæ demandent. (*A.* 55, f. 114 v°; *V.* 129, n. 308; Bliss, II, p. 553.)

Ut s. — T. VIII.

9076. — *Archid., et sacristæ, ac Bernardo Violonis, can. eccl. Conseranen.*, mand. ut revocent omnes processus ab eis contra Raimundum Clerici, officialem Convenarum, et Sancium de Podiomanno, procuratorem negotiorum criminalium curiæ Hugonis, ep.i Convenarum, habitos occasione remissionis non factæ Osseti de Binossio, cler. dictæ di., quem dictus officialis (cui per castellanum castri s. Beati, dictæ di., remissus fuerat), condemnaverat ad standum in scala, ante fores eccl. Convenarum, certis die ac modo, et ad peragendum pœnitentiam in carcere dicti ep.i in pane doloris et aqua angustiæ, cum catenis ferreis in collo. Ipse enim clericus quamdam mulierem conjugatam per violentiam carnaliter cognovit; de quadam eccl. breviarium furtive abstraxit; quemdam hominem deprædatus fuit; ad « capannam » rectoris eccl. de Fronsaco, dictæ di., more hostili accedens, XVII vaccas et alia animalia dicti rectoris interfecit, dictamque capannam incendio concremavit et nonnullos alios commisit excessus. Hos autem excessus per tormenta et quæstiones quibus dictus Sancius

Datum *Avenione.*

procurator, ejusdem Osseti capitalis inimicus, ipsum exposuerat, (ut narrat Condor de Osseto, vidua Arnaldi de Nuceto, dictæ di., mater ejus) confessus fuerat. — (*A.* 55, f. 228 v°; *V.* 129, n. 459.)

14 (II id.) *maii.* T. XL.

9077. — *Ad perp. rei mem.* Confirmatur concessio anno 1255 facta per Bolezlaum, Cracoviæ et Sandomiriæ ducem, « per oppositum » Bolezlao, quond. Polonorum regi, reo mortis et sanguinis præclari Christi martyris et pontificis Stanislai, se gerere volentem; quæ concessio favore Prandotæ, ep.i, et capit. Cracovien., edita fuit pro remedio animæ patris dicti Boleslai, Cracoviæ et Sandomiriæ ducis Lezconis, et incolumitate suæ genitricis, ducissæ Grunizlavæ, et consortis suæ Cunigundis, filiæ regis Hungarorum; omnes enim villæ ejusd. capit., cui memoratus Sanctus præsedit, interventu dicti ducis sororis, Salomeæ, quond. Galiciæ reginæ, plena libertate gaudere debent, earumque coloni et habitatores a quorumlibet judicum jurisdictione et a « strosa » et « stan » et « povotz » ac aliis servitutibus, « prevod » militari excepto, liberi et immunes in perpetuum existere. Inseritur instrum. hujus concessionis, datum in Cracovia anno Dom. 1255, xv kal. jun. (*A.* 55, f. 89 v°; *V.* 129, n. 254; Theiner, *Monum. Pol.* I, p. 431.)

Ut s. — T. L.

9078. — *Ad perp. rei mem.* — Instante Joanne, ep.o Cracovien., confirmatur privilegium per recolendæ mem. Boleslaum, ducem Cracovien. et Sandomiriæ prædictum post maturum consilium et cum consensu militum suorum, una cum genitrice sua Grunizlava factum et concessum eccl. Cracovien. Ipse enim decrevit et promisit omnes libertates et privilegia quælibet per eum et prædecessores suos dictæ eccl. concessa, et concedenda ab omni servitio, servitute, angariæ, vexatione, thelonio, solutione, collecta, et exactione generalibus vel specialibus, necnon a jurisdictione omnium castellanorum, palatinorum, et quorumlibet judicum fore perpetuo libera et exempta. Voluit etiam ut ep.us et capit. Cracovien. totusque clerus a qualibet expeditione personali, vel a servitio hominum essent perpetuo liberi, excepto duntaxat tempore incursus subiti Lituanorum, quo idem ep.us de Kyltien. et Tarsen. castellaniis homines suos mittere tenebitur. Quod quidem privilegium concessum Prandotæ, Cracovien. antistiti, (id. junii 1258) hic inseritur. (*A.* 55, f. 161 v°; *V.* 129, n. 372; Raynaldi, an. 1341, n. XLII; Theiner, *Monum. Pol.* I, p. 430.)

Ut s. — T. LXXVI.

* **9079.** — *Decano, et capit. Tullen.* — Confirmatio transactionis initæ inter eos, consentiente ep.o Tullen., ex una parte, magistrum, scabinum, cæterosque rectores, consules, et justitiarios, ac universitatem civit. Tullen. ex altera; ipsi enim magister, scabinus, etc. plura damna dictis decano et capit. intulerunt, eos a civitate injuriose expellendo, et in Petrum de sancto Michaele, can., et Ægidium de s. Michaele, perp. vicarium eccl. antedictæ, presbyteros, manus injiciendo violentas et eos carceri mancipando, etc. Inseritur dicta transactio, acta anno 1340, die crastina festi Divisionis Apostolorum. (*A.* 55, f. 86 v°; *V.* 129, n. 252; Sauerland, 774, 778; cf. n. 9125.)

23 maii. (x kal. jun.) Gr. pro Deo.

9080. — *Decano, et scholast., ac Alano Gonterii, can. Nanneten.*, mand. ut Herveo Guidoni Ferziat, pauperi cler. Leonen. di., faciant per Joannem de Treal, abb. et conv. monast. Rothonen., O. S. B., Veneten. di., in victu et vestitu, necnon et uni servitori cum eo extra dict. monast. degenti integre provideri, juxta mand. a Joanne XXII Veneten. et Nanneten. epis, ac Ivoni de Limbale, can. Andegaven., directum. (*V.* 129, n. 113.)

1 (kal.) *jun.* T. XX.

9081. — *Ad perp. rei mem.* statuitur et ordinatur ut singulæ moniales monast. s. M. Xantonen., Rom. Eccl. medio pert., in quo ordo secundum s. Benedicti regu-

Datum *Avenione.*

lam institutus fuit, in manibus abbatissæ dicti monast. professionem solemnem, juxta ipsius instituta ord., facere teneantur. (*V.* 129, n. 118.)

1 (kal.) *jun.* T. X.

9032. — *Bononien., Florentin., Minervæ, et s. Sabinæ de Urbe fratrum ord. Præd. prioribus, ac Andræ de Casulis, de Reate, P. P. in Urbe pœnitentiario, et Dominico de s. M. Rotunda, ejusd. ord.*, exsecutoribus testamenti Mathæi, ep.i Sabinen., mand. ut in negotio ejusd. testamenti absque P. P. licentia aut sine Gaucelino, Annibaldo, Tusculan. ep.is, et Galhardo, s. Luciæ in Silice diac. card., coexsecutoribus, in aliquo non procedant. (*V.* 129, n. 97.)

2 (IV non.) *jun.* T. XIV.

9033. — *Ep.o Florentino.* — Exposuerunt conv. monast. s. M. Florentin., ad Rom. Eccl. nullo medio pert., O. S. B., quod quond. Henricus, mon. et gubernator ejusd. monast., tunc et nunc abbate carentis, exigentibus culpis Guillelmi, nati Salvi, medici, civis Florentin., ejusd. monast. mon., ipsi certum locum, correctionis causa, infra septa præfati monast. assignavit, eidem præcipiens ne inde exiret absque sua et conv. licentia. Nuper autem dicti monachi eumdem Henricum, prope locum ipsi Guillelmo assignatum, adeo in capite vulneratum invenerunt, ut loquelam amiserat, et die sequenti exspiravit. Sicque dicti monachi ipsum Guillelmum occisorem credunt ex manifestis indiciis, et sic etiam idem Guillelmus, ut asserunt, confessus est. Quamobrem, cum non esset in dicto monast. locus tutæ custodiæ, et timentes ne, favente patentia suorum consanguineorum, idem Guillelmus evaderet, ipsum custodiendum carceribus communis Florentin. tradiderunt. Ideo dicto ep.o mandatur ut inquirat super præmissis, et si dictum Guillelmum culpabilem invenerit, ipsum puniat auct. apost. juxta canonicas sanctiones. (*V.* 129, n. 78.)

13 (id.) *jun.* T. XX.

9034. — *Bernardo de Lacu, can. Ruthenen., rectori Patrim. b. Petri in Tuscia*, mand. ut Bertrandum, nunc abb. s. Gemini de s. Gemino, O. S. B., Narnien. di., per PP. electum, olim mon. monast. Cluniacen., Matisconen. di., ponat in possessione sui monast., nam monachi eum recipere noluerunt. (*V.* 129, n. 130.)

Ut s. — T. XXVIII.

9035. — *Visitatoribus monasteriorum monachorum Nigrorum, O. S. B., in Romana provincia consistentium*, mand. ut in monast. s. Januarii de Capeleone, dicti ord., Aretin. di., in quo habetur defectus monachorum, cum consilio Francisci abbatis, octo personas idoneas recipi faciant uti monachos. (*V.* 129, n. 125.)

21 jun. (XI kal. jul.) T. XXX.

* **9036.** — *Ep.o Gebennen.*, mand. ut mandatum apost. super exsecutione negotii disrobationis Willelmi Lazouche, decani eccl. Eboracen., exsequatur juxta formam aliarum litterarum ipsimet super hoc directarum. (*V.* 129, n. 112; Cf. n. 8217, 8880.)

22 jun. (X kal. jul.) T. XVIII.

9037. — *Jacobi, mag. generalis ord. Humiliatorum*, approbatur et ratificatur administratio in hoc ordine, non obstante quod solitum non præstiterit juramentum. (*V.* 129, n. 115.)

Ut s. — T. XX.

9038. — *Ep.o Cremonen.*, mand. ut a predicto mag., nomine P. P. et Eccl. Rom. fidelitatis debitæ recipiat juramentum. (*V.* 129, n. 116.)

Ut s. — T. L.

* **9039.** — *Misnen., et Cracovien., ac Culmen. ep.is*, committitur exsecutio compositionis et concordiæ ordinatæ inter Casimirum, regem Poloniæ, et magistrum, commendatores, et fratres Hospitalis s. M. Theutonicorum, inter quos super Culmen., Pomeraniæ, Cuianien., Dobrinen., et Michalovien. terris seu ducatibus orta erat dissentio. (*V.* 129, n. 142.)

Ut s. — T. X.

9090. — *Monast. Domus Dei per præp. soliti gub., et Oppolien. præpositis, ac cantori Sandomitien. eccl., Wratislavien. et Cracovien. di.*, mand. ut reservationem eccl. Wratislavien. notificent capitulo ipsius. (*V.* 129, n. 132.)

6 (II non.) *jul.* T. XX.

9091. — *Ep.o Bononien., et Tullen., ac Cameracen. scholasticis*, mand. ut Nicolaum, ep.um Trajecten., inducant in possessionem pacificam ipsius episcopatus et induc-

Datum *Avenione.*

tum defendant contra capit., clerum, et populum civit. et di. Trajecten., qui eum recipere recusant. (*V.* 129, n. 145.)

7 (non.) *jul.* T. L.

* **9092.** — *Ad perp. rei mem.* annotatur tenor litterarum Bonifacii VIII, (Lateran. VI id. apr., an. I°) continentium revocationem omnium quæ Cœlestinus P. P. V, ejus prædecessor, fecerat minus bene. (*A.* 55, f. 294 v°; *V.* 129, n. 151; Raynaldi, an. 1341, n. LXXXIV.)

Ut s. — T. XVI.

9093. — *Mag. Petro de Talliata,* can. Carnoten., P. P. cap., mand. ut exsecutores ultimarum voluntatum Andreæ Fredoli et Joannis de Viridisicco, olim ep.orum Magalonen., et Pictavinum, Albien., olim Magalonen. ep.um, antecessorem Arnaldi, ep.i Magalonen., compellat ad solutionem residuorum census annui 20 march. arg., Cameræ apost., ab eccl. Magalonen. ratione comitatus de Malgorio et de Monteferrando, Magalonen. di., debiti; quæ residua ipsi omnes in terminis non solverunt, et pro quibus idem Arnaldus se obligavit. (*V.* 129, n. 143; *Gall. Christ.* VI, instr., col. 383; Daumet, n. 855.)

Ut s. — T. XX.

9094. — *Salinævallis et s. Naboris, Meten. di., monast. abbatibus, ac primicerio eccl. Meten.,* mand. ut nob. Simonem de Perroyes, (*vel Perroydes*), dominum de Marchavilla, militem Tullen. di., et ejus complices denuncient excommunicatos, tamdiu donec satisfecerint Ademario, ep.o Meten., de injuriis et damnis ipsimet illatis : (nam eum ceperunt et carceri manciparunt); non obstante absolutione per falsam suggestionem a Gaucelino, ep.o Albanen., Pœnitentiariæ apost. curam gerente, obtenta. (*V.* 129, n. 135; cf. n. 7451; Riezler, n. 2108; Sauerland, n. 780.)

8 (VIII id.) *jul.* Gr. pro Deo.

9095. — *Patriarchæ Constantinopolitano,* mand. ut faciat justitiæ complementum super eo quod Nicolaus, ep.us Cephalonien., fingens se vicarium ep.i Olenen., Nicolaum Ramoli, pr. Brundusin. di., non convictum de aliquo crimine vel confessum, in di. Olenen. capi faciens, ipsum tanquam laicum, capitaneo et curiæ sæculari Clarentiæ, dictæ Olenen. di., tradidit, in derogatione ecclesiasticæ libertatis; dictus vero capitaneus eum carceri mancipavit et omnibus bonis suis spoliavit. Idem autem pr. ad archiep.um Patracen., metropolitanum, recursum habuit; sed ipso archiep.o de facto hujusmodi recusante se intromittere, ipse pr. ad Apost. Sed. appellavit. (*V.* 129, n. 149.)

18 jul. (XV kal. aug.) T. XVI.

9096. — *Cenomanen., et Andegaven. ep.is, ac abb. monast. s. Melanii Redonen.,* mand. ut citent Joannem, vicecomitem Bellimontis, Cenomanen. di., ut infra XL dierum spatium apost. conspectui personaliter se præsentet responsurus de injuriis Guillelmo, ep.o Redonen., illatis. Ipse enim vicecomes in nonnullos pr. et cler. civit. et di. Redonen manus injecit; quosdam alios cepit et detinet; dictum ep.um quominus ipse posset exercere suam jurisdictionem ordinariam perturbavit; nuntium ipsius ep.i litteras contra dictum v. comitem deferentem infra septa monast. s. Melanii Redonen., O. S. B., hostiliter invasit et gladio evaginato nisus est ipsum compellere comedere dictas litteras; deinde, quamvis præfati ep.i et eccl. Redonen. existeret vassallus, quoddam « manerium » dicti ep.i et eccl. occupans, blada et alia bona fecit adsportari, etc. (*V.* 129, n. 158; cf. n. 9109, 9152.)

21 jul. (XII kal. aug.) Gr. pro Deo.

9097. — *Wigornien., et Lichefelden., ac Wellen. ep.is,* mand. ut litteras apost. super exsecutione sententiarum in Palatio apost. obtentarum per Adam de Radenore, rectorem eccl. de Mordeforde, Hereforden. di., contra Philippum de Ullingwik, et Willelmum de Thornebur, exsequi studeant, invocato si opus fuerit auxilio brachii sæcularis. Dictus enim Philippus, qui pro cler. se gerit dictæ di., ab abb. et conv. monast. Gloucestriæ, O. S. B., Wigornien. di., eccl. prædictæ patronis, fuit loci ordinario præsentatus, et circa jus et possessionem ipsius eccl. dictum Adam molestavit. Quare

Datum *Avenione.*

ipse Adam ad Sed. Apost. appellavit, Joanne XXII adhuc vivente; sed Philippus præfatam eccl. occupavit, et per quinque annos detinuit. Cum autem quatuor diffinitivas sententias Adam obtinuisset cum litteris ipsarum exsecutoriis, præfatus Philippus ad Cantuarien. curiam appellavit, propter quod excom. sententias incurrit, quas per sex annos sustinuit. Denique vero dictam eccl. dimittens, de fructibus, damnis et expensis dicto Adæ satifieri non curavit, sed Willelmum de Thornebur, cler. dictæ di., in eadem eccl. fecit intrudi; qui quidem Willelmus eam per duos annos et amplius detinuit occupatam fructus ipsius percipiendo et dissipando. (*V.* 129, n. 160; Blis, II, p. 551.)

23 jul. (x kal. aug.) T. XII.

* **9098.** — *Ep.o Pragen.*, mand. ut Henrico, archiep.o Maguntin., suo metropolitano, adhærenti Ludovico de Bavaria, et propter hoc excommunicato, minime obediat. (*A.* 55, f. 180; *V.* 129, n. 400; Raynaldi, an. 1341, n. XVII.)

27 jul. (VI kal. aug.) T. XX.

9099. — *Arnulpho Marcellini, can. Agennen., vicerectori civit. Beneventan.*, mand. ut ut se informet et referat super eo quod Raynaldus de Fulgineo, pro can. eccl. Civitatis Sanctæ Mariæ se gerens, una cum nob. Christophoro de Aquino, domino castri Pontisalbaneti, Troian. di., et magna multitudine armatorum ad dictam eccl., dum celebrabatur electio ep.i ipsius eccl., per obit. Marini vac., accessit, et post celebratam elect. favore Antonii de s. Severo, ejusd. eccl. thesaur., nisus est per impressionem et potentiam laicalem aliam electionem incipere. Propter quod ipse Antonius ad Sed. Ap. appellavit; post quam appellationem iidem armati Nicolaum de Clemente, cap. ejusd. eccl., dicto Antonio adhærentem, et Ciccum de s. Severo, ejusd. Antonii familiarem, in prefata eccl. usque ad effusionem sanguinis verberarunt, et Thomasium Aldemariscum, cler. Neapolitan., archiep.i Beneventani domesticum, per nonnullos canonicos ipsius eccl., mortem timentes, in ep.um eligi procurarunt; et ideo fuit ad Sed. Ap. rursus appellatum. (*A.* 55, f. 124; *V.* 129, n. 326.)

31 jul. (II kal. aug.) T. XXX. XXXII.

9100. — *Ad perp. rei mem.* Statuitur ut ep.us Silvanecten., et ejus successores, et subdelegati, ac subdelegandi in posterum uti conservatores privilegiorum Universitati mag. et scholarium Parisien. per Sed. Ap. concessorum, tenorem et formam eorumdem excedere nequeant, nec eis abutantur. Quod si forsan contrarium fecerint ad restitutionem omnium damnorum, interesse, et expensarum, quæ propter hoc vexatos continget incurrere, adstringi debeant; cum insertione eorumdem privilegiorum. — In e. m. ep.o Silvanecten. ut dictam constitutionem in eccl. et scholis Parisien. publicare procuret. (*A.* 55, f. 176; *V.* 129, n. 395; Denifle, *Chart. univ. Paris.*, 1055.)

Ut s. — T. XXIII.

* **9101.** — *Abb. monast. Gorzien., Meten. di., ac decano Tullen., et archid. Meten.* Expositum fuit per primicerium, decanum, canonicos et capit. eccl. Virdunen. quod Franciscus, dictus Colmeie, et Giletus de Eix, clerici, rectores, Joannes Martini, decanus, Menguinus Jaqueti, mag. scabinus, Joannes Mapiles, Nicolaus Savetels, Wiardinus Roxini Chatillons, Giletus Proesse, scabini palatii, Gerardinus Apothecarius, Wauterinus Chapons, Jennessonus Lipetis, hostes, Gocillonnus Noiretestes, Joannes Wallerne, Joannes de Sauls et Jaquetus Laon, rectores et justitiarii, Hussonnus Plakeure, Colinus Remnare, Colinus Morelli, Petrignonus Raicart, Colinus Daunay et Stephanus de Barra, nuncupati *Sex*, et quidam nominati magistri ministeriorum, et alii cives Virdunen. pro rectoribus et administratoribus dictæ civit. se gerentes, qui contra ep.um, eorum dominum, et ecclesiam Virdunen., jurisdictionem civitatis ejusdem usurparunt, duos ex ipsius eccl. canonicis carceri manciparunt, et plura alia damna dictæ eccl. intulerunt, se in rebellionem erigentes. Quare P. P. mandat

Datum *Avenione.*

ut, informatione recepta, culpabiles peremptorie citentur ut apost. conspectui se præsentent. (*A.* 55, f. 167; *V.* 129, n. 379; Sauerland, 781.)

5 (non.) *aug.*; Gr.

9102. — *Rogerio, Baren., et Guillelmo, Brundusin. archiep.is, Neapoli commorantibus,* mand. ut faciant justitiæ complementum super eo quod, cum Joannes archiep.us Neapolitan. et Nicolaus, præp. eccl. de s. Ensanio, Aquilen. di., tunc negotiorum gestor ipsius archiep.i, 3,500 flor. auri (tam ex causa veri servitii, et puri ac gratuiti mutui, quam etiam ex quibusdam mercimoniis et rebus aliis) Sorleoni, alias dicto fratri Leoni de Trabis, de Janua, pauperi eremitæ, deberent, idem archiep.us eumdem Sorleonem capi fecit et carceri mancipari, et tamdiu in carceribus detineri captum, donec instrumenta debiti et obligationis traderet et assignaret archiep.o supradicto. Quamobrem idem Sorleo, uxor et XII sui liberi mendicare coguntur. (*A.* 55, f. 128; *V.* 129, n. 333.)

6 (VIII id.) *aug.* T. XIV.

9103. — *Abb. monast. de Marsiliaco, Caturcen. di.* — Petitio Joannis Mancipii, can. monast. s. Antonini, O. S. A., Ruthen. di., asserentis se rectorem de Montiliis et de Aligueriis eccl. paroch. unitarum, Caturcen. di., exhibita continebat quod orta est quæstio inter ipsum et Petrum de Varayre, can. ejusd. monast. Idem enim Joannes de dictis eccl. (solitis per can. ipsius monast. gubernari) canonice fuit provisus per monachos ejusd. monast., ad quos ipsarum provisio pertinet; sed episcopus Caturcen. ipsas de facto dicto Petro contulit, qui Petrus ipsas occupavit, dicens se canonice illas possidere. Causa vero hujusmodi per appellationem dicti Joannis ad Sed. Apost. legitime devoluta est et Bernardo de Novodomno, thesaur. Turonen., P. P. cap. causarum auditori commissa; qui decrevit collationem eidem Joanni factam, esse canonicam; et collationem Petro de Varayre per ep.um Caturcen. factam, cassavit et revocavit. Ab illa rursus sententia dictus Petrus ad eamd. Sed. appellavit. Quocirca P. P., prout idem Joannes supplicavit, mandat abb. de Marsiliaco ut ecclesias ipsas, juxta constitutionem Clementis V, sequestrare procuret, exhibiturus id quod de ipsarum fructibus, debitis supportatis omnibus, superesse contigerit illi qui finalem in causa victoriam reportabit. (*A.* 55, f. 188; *V.* 129, n. 409.)

14 aug. (XIX kal. sept.) T. XII.

9104. — *Ep.o Gerunden., et abb. monast. s. Petri de Rosis, Gerunden. di.*, mand. ut, vocatis exsecutore testamenti Malgaulini, Impuriarum comitis, et Bernardo de Podioartoso, fratre ord. Præd., compleant voluntatem dicti comitis, qui in suo testamento ordinavit ut magnæ darentur pecuniæ quantitates pro missis defunctorum celebrandis, puellis maritandis, et pauperibus verecundis; de qua pecunia adhuc restant 10,000 lib. monetæ illius terræ, quæ in potestate nob. Infantis Petri, Rippacursiæ et Impuriarum comitis, consistunt: instante eodem Petro, comite. (*A.* 55, f. 237; (*V.* 129, n. 468.)

18 aug. (XV kal. sept.) T. XX.

9105. — *Hugoni de Arpaione, can. Ruthen.*, mand. ut ad civit. Viennen. se personaliter conferens, castrum Puppeti juxta Viennam, domum Canalium civit. Viennen., quorum custodia ad decan. et capit. eccl. Viennen. pertinere dicitur, et claves portarum civit. ejusd., quæ Sybondus de Claromonte, can. Viennen., pro « mistrali » ejusd. civit. se gerens dicitur detinere, ad manus P. P. ponat et recipiat, ipsorumque custodiam aliquibus personis ipsi benevisis committat ejusdem P. P. nomine retinendam. (*A.* 55, f. 134; *V.* 129, n. 343; cf. n. 8214.)

Ut s. — T. X.

9106. — *Bertrando archiep.o Viennen.*, mand ut duos flor. auri singulis diebus assignet Hugoni de Arpaione prædicto, pro præmissis negotiis exsequendis ad partes Viennen. destinato. (*A.* 55, f. 134; *V.* 129, n. 342.)

Ut s. — T. XVI.

9107. — *Hugoni de Arpaione prædicto,* mand. ut circa ordinationes super reformanda concordia inter Bertrandum, archiep.um Viennen., et nob. Humbertum, dalphinum

Datum *Avenione*.

Viennen., (circa violentiam et spoliationem civit. Viennen., ac merum et mixtum imperium ejusdem, necnon alia damna quæ dictus archiep.us sibi per eumdem dalphinum et gentes suas illata dicebat) dictum dalphinum hortetur et inducat, ut eas studeat adimplere. (*A.* 55, f. 175; *V.* 129, n. 392.)

22 aug. (XI kal. sept.); Gr.

* **9108**. — *Ep.o Suessionen., et archid. de Joinvilla in eccl. Catalaunen.*, mand. ut citent personaliter Thomam de Berrone, Ægidium de Sanceio, Balduinum de Cuysia, Joannem de Tertialeuca, Andream Joannis Goberti, Joannem Putefin, Gregorii Le Riche, de Suessione, filios, Symonem de Remis, et Guerardum de Billi, monachos monast. s. Medardi Suessionen., O. S. B., qui cum armis prohibitis ad præposituram de Faveriis, ejusd. ord. Suessionen. di., quam Bernardus, s. Cyriaci in Thermis pr. card., obtinet, hostiliter accedentes, portas fregerunt, omnia animalia occiderunt, et carnes eorum etiam in die mercurii contra constitutiones ord. Mon. Nigrorum comederunt; mulieres viles indutas habitibus monachalibus introduxerunt, et cum illis jacuerunt; « præterea, ludos ad pilotam seu palmam et alios pecuniarios et illicitos, necnon choreas et tripudia magna cum exclamosis sæcularium cantibus et quodam magno cornu, nudi vestibus, ac inhoneste, pro ipsorum pravo voluntatis impetu faciendo; » etc. (*A.* 55, f. 132; *V.* 129, n. 340.)

28 aug. (V kal. sept.) T. XXIV.

9109. — *Dolen., et Leonen., ac Trecoren. ep.is.* — Exposuit Guillelmus, ep.us Redonen., quod, cum dudum vicarii sui declarassent terras et loca Joannis, vicecomitis Bellimontis, dom. castellaniæ Gurteye, Cenomanen. et Redonen. di., in ead. Redonen. di. consistentia, supposita esse interdicto, idem vicecomes violavit interdictum et ipsum compulit per nonnullos pr. violari; prætereaque Joannem Baratin, archid. de Deserto in eccl. Redonen., ejusd. ep.i vicarium, per Bonabium de Rogeyo, militem, natum Guillemi de Rogeyo baronis, Andegaven. et Nanneten. di., et nonnullos alios complices, capi et carceri mancipari fecit, et adhuc detinet. Quare PP. mandat dictis ep.is, ut si, informatione recepta, ita esse repererint, Joannem, vicecomitem, Bonabium et complices eorum, excommunicatos faciat publice nuntiari. (*V.* 129, n. 167; cf. n. 9096; 9152.)

31 aug. (II kal. sept.)

9110. — *Mag. Guirannus de Viens*, jurisper., Apten. di., confirmatur ad annum in officio judicis curiæ marescalli PP. — *Eidem*, in e. m., quoad officium judicis causarum appellationum, tam civilium, quam criminalium, comitatus Venaissini Eccl. Rom. subjecti. (*V.* 136, f. 71, n. 168, 169; Daumet, n. 883.)

Ut s.

9111. — *Mag. Petrus Villaris*, archid. Montismirabilis in eccl. Albien., fit PP. cap. commensalis. (*V.* 129, n. 10 (*de cur.*); 136, f. 70 v°, n. 167; Daumet, n. 882.)

1 (kal.) *sept.* T. XII.

9112. — *Priori et fratribus Hospitalis b. M. Ronscidevallis, Pampilonen. di.*, qui canonici regulares O. S. A. existunt, mand. ut constitutiones super reformatione canonicorum regularium dicti ord. per PP. editas studeant inviolabiliter observare; nam prior prætendens eos in dictis non includi constitutionibus, fratres, quominus ipsas observare valeant, temere præsumit impedire. (*V.* 129, n. 178.)

Ut s. — T. XVI.

9113. — *Abb. monast. Montis Aragonum, Oscen. di.*, mand. ut accedat personaliter ad prædictum Hospitale b. M. Ronscidevallis, et inquirat veritatem de reformatione ipsius tam in capite quam in membris, et quæcumque invenerit super iis in scriptis sub suo sigillo quanto citius Pontifici destinare procuret. (*V.* 129, n. 177; cf. n. 9124.)

5 (non.) *sept.* T. XVI.

9114. — *Officiali Convenarum*, mand. ut accedens personaliter ad Riven. eccl. se informet et referat de statu eccl., et devastatione thesauri ejusd.; nam, ut significarunt capellani et alii clerici præbendati, dictus thesaurus adeo fuit et est ab ipsius eccl. canonicis dissipatus, ut cum deberent in eo esse plus quam 5,000 lib. tur., non reperiatur in ipso unus denarius. Præterea canonici, quamvis in civitate resideant

Datum *Avenione.*

Rivensi, venire tamen ad horas canonicas et divinis officiis interesse contemnunt. (*V.* 129, n. 179.)

13 (id.) *sept.* T. XVI. **9115.** — *Ep o Pragen.*, mand. ut recipi faciat et fideliter custodiat in carceribus suis illos quos Gallus, ord. Præd., inquisitor hæret. prav. et sucessores ejus de prædicta hæresi suspectos invenient in regno Bohemiæ ac præsertim in sua di. (*V.* 129, n. 191.)

22 sept. (x kal. oct.) T. XXIV. **9116.** — *Archiep.o Viennen., et ep.o, ac Ghigo de Rupemoeria, can. Vivarien.*, mand. ut prævia informatione, juxta processus in die Cœnæ Domini per PP. solemniter publicatos, ac in ostiis eccl. Avenion. affixos (contra omnes et singulos qui venientes ad Sed. Ap. vel recedentes ab ea impedire seu detinere præsumunt nob. Humbertum de Rupeforti, dominum Pelafoli, Valentin. di., et ejus complices excommunicatos nominatim tamdiu singulis diebus Dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, publice nuntient, et ab aliis nuntiari, et ab omnibus arctius evitari, faciant, donec Paulinum, Guidetum, Martinum, et Betinum, filios quond. Blasii de Pusterla, cives Mediolanen., una cum ipso Blasio, tunc vivente, ad dictam Sed. venientes in dicta di. Valentin., per ipsum Humbertum captos, bonis omnibus spoliatos et atrociter vulneratos, pristinæ restituerit libertati, eisque de damnis satisfecerit et ad Sed. prefatam venerit absolvendus. Mand. autem ut requirant et moneant ep.um Valentin. et Dien., et nob. Ludovicum de Pictavia, militem, et eorum officiales ac quoscumque dominos temporales, ut eosdem sacrilegos ad relaxandum dictos captivos et eis satisfaciendum compellant. (*A.* 55, f. 192 v°; *V.* 129, n. 416.)

4 (IV non.) *oct.*; Gr. **9117.** — *S. Martini de Campis Parisien., et de Leutio, Vapincen. di., prioribus, ac cantori Nivernen.*, mand. ut inquirant contra quosdam iniquitatis filios qui ad domum infra claustrum eccl. Parisien. constitutam in qua, nomine Petri, s. Clementis pr. card., ratione archidiac. sui de Bria, justitia ministrabatur, nocturno tempore accedentes picturam signorum ipsius card. et capelli rubei desuper, ut moris est, appositi, luto vilissimo et aliis immunditiis deturpare et delere præsumserunt; et, si res ita sint, mandat PP. ut culpabiles citent ut infra 40 dies apost. se conspectui præsentent, satisfactionem debitam præstituri. (*A.* 55, f. 195; *V.* 129, n. 418.)

5 (III non.) *oct.* T. XII. **9118.** — *Ad fut. rei. mem.* Reservatur eccl. Upsalen., per obit. Petri, archiep.i, vacans. (*A.* 55, f. 198; *V.* 129, n. 421.)

7 (non.) *oct.* T. XVI. **9119.** — *Archiep.o Baren.*, mand. ut se informet et referat super commissis per Scalorem in Sicilia comitem, qui excom. sententias et pœnas incurrit ex eo quod quond. Frederico de Aragonia, Ludovico de Bavaria et Petro de Corbario adhæsit; instante Roberto, rege Siciliæ, supplicante ut PP. dictum comitem a pœnis et sententiis supradictis absolvere dignaretur. (*A.* 55, f. 190 bis et 191; *V.* 129, n. 414.)

31 oct. (II kal. nov.) T. XII. * **9120.** — *Quinque Ecclesien., et Waradien., ac Agrien. ep.is*, mand. ut super quibusdam excessibus commissis per Thomam, « voyvodam », qui de potentioribus baronibus regni Hungariæ fore dignoscitur, et quosdam suos complices in civit. Alben. informatione recepta, si ita esse invenerint, ipsos excommunicatos publice nuntient et nuntiari faciant, donec super præmissis satisfecerint et meruerint absolutionis beneficium obtinere. (*V.* 129, n. 490; Theiner, *Monum. Hung.* I, p. 644.)

13 (id.) *nov.* T. XVI. **9121.** — *Cancellario eccl. Parisien.*, mand. ut Radulphum, dictum Pinchon, Abrincen. di., in art. et medicina mag., qui, ut asserunt decanus et collegium magistrorum in decretis Parisiis regentium, jam per sex annos continue Decretales et Decretum audivit, in dicto studio laudabiliter laborando, ad lecturam et alios actus sequentes, videlicet ad bacallariatum et magisterium in facultate decretorum recipi faciat et admitti; non obst. quod statutum existat, ut iidem asserunt, ut nullus in Parisien.

Datum *Avenione.*

studio ad lecturam et alios actus admittatur nisi per triennium leges audiverit in aliquo studio generali. (*V.* 129, n. 484; Denifle, *Chart. univ. Paris.*, 1056.)

18 nov. (XIV kal. dec.)

9122. — *Mag. Jacobus de Broa,* archid. de Lunatio in eccl. Biterren., P. P. thesaur., deputatur P. P. vicecamerarius usque P. P. beneplacitum. Gasbertus enim, archiep.us Narbonen., P. P. camerarius, ad suam eccl. accedit. (*V.* 136, f. 86, n. 208.)

20 nov. (XII kal. dec.) T. XXX.

* **9123.** — *Ep.o, et Joanni de Firmitate, ac Philippo de Syrocuria, can. Virdunen.*, mand. ut, prævia informatione justitiarios seu juratos civitatis Meten., quorum nominatio in numero tresdecim ad ep.um Meten. de jure pertinet, prout etiam jurisdictio spiritualis et temporalis civitatis ejusdem, excommunicatos publice nuntient donec revocaverint inhibitionem quam fecerunt omnibus civibus dictæ civit. et aliis eorum subditis, ne eorum aliquis sub sententia excom. incurrenda, quodcumque debitum Galthero, cancellario Majoris eccl., et Alardo de Thyacurt, can. s. Salvatoris Meten., vel eorum alicui solveret, aut ipsis aliquid venderet, vel emeret ab eisdem, vineas, aut terras eorum coleret, vel aliquid aliud quodcumque pro ipsis facere attentaret; ob quam inhibitionem præfati cancellarius, 1,000, et Alardus 500 lib. tur. perdiderunt. (*A.* 55, f. 154; *V.* 129, n. 365; Sauerland, 782.)

22 nov. (X kal. dec.) T. XVI.

9124. — *Archid. Belchiten. in eccl. Cæsaraugustan.*, mand. ut ad Hospitale B. M. Roncidevallis, O. S. A., Pampilonen. di., personaliter accedens, super omnibus et singulis in quibus ipsum hospitale, tam in capite quam in membris reformatione indiget, simpliciter et de plano inquirat veritatem et referat; attento quod prior et nonnulli fratres dicti hospitalis suspectum habent abbatem monast. Montis Aragonum, Oscen. di., cui fuerat data similis commissio. (*A.* 55, f. 206 v°; *V.* 129, n. 431; cf. n. 9113.)

30 nov. (II kal. dec.) T. XXX.

* **9125.** — *Virdunen., Catalaunen., ac Lingonen. ep.is*, mand. ut omnia et singula contenta in confirmatione concordiæ initæ inter decanum et capit. eccl. Tullen., ex una parte, et mag., scabinum, cæterosque rectores, consules, et justitiarios, ac universitatem civit. Tullen., ex altera, per P. P. facta, exsecutioni debitæ demandantes, ea faciant inviolabiliter observari. (*A.* 55, f. 215; *V.* 129, n. 444; Sauerland, 783; cf. n. 9079.)

1 (kal.) *dec.* T. XVI, XVIII.

9126. — *Petrus de Saxoferrato,* ord. Min., fit P. P. Pœnitentiarius in Urbe; cum forma juramenti per ipsum in manibus Nicolai, ep.i Assisinaten., P. P. in spiritualibus in Urbe vicarii, præstandi. — In e. m. Nicolao, ep.o Assissinaten. (*A.* 55, f. 212; *V.* 129, n. 440; Eubel, *Bull. Franc.* VI, n. 136.)

2 (IV non.) *dec.* T. XVI.

9127. — *Ep.o Ilerden.* « Exposuit nob. Agnes, nata nob. Petri de Aquilone, militis, Vicen. di., quod licet, ipsa olim cum Guillelmo, nato quond. Ferrarii de Apilia, militis, domicello Urgellen. di., matr. contraxisset, ipsique ut conjuges per quinque annos insimul habitassent; quia tamen dictus Guillelmus propter suam impotentiam eamdem Agnetem carnaliter cognoscere non valebat, dictaque Agnes cupiens esse mater et filios procreare, præfatum Guillelmum propter hoc, (petendo fieri divortii sententiam inter eos, sibique dari licentiam matr. cum alio contrahendi, coram officiali foraneo episcopi Vicen. in certis locis dictæ Vicen. di., decano Tarrege vulgariter appellato, infra cujus officialis jurisdictionem dicti Guillelmus et Agnes tunc temporis morabantur), traxit in causam; dictusque Guillelmus coram eodem officiali exceptionem declinatoriam fori proponens, quod hujusmodi causæ cognitio ad abb. monast. Ageren., O. S. A., dictæ di. Urgellen., qui ad se matrimonialium causarum cognitionem in terra dicti monast. de antiqua consuetudine asserit pertinere, spectabat, fecit eamdem Agnetem, petendo se restitui ad possessionem ipsius Agnetis, qua se spoliatum fore dicebat, coram dicto abb. ad judicium evocari; coram quo fuit pro

Datum *Avenione.*

parte dictæ Agnetis, excipiendo, propositum quod ad decanum, officialem et non ad abb. prædictos hujusmodi causæ cognitio pertinebat. » Cum autem, propter hujusmodi exceptiones interlocutorias, decisio principalis negotii retardaretur in præjudicium dictæ Agnetis, (cujus dotem ascendentem ad 1,000 lib. barchin. annuatim, idem Guillelmus tenet, hujusmodi negotium intricando), instante dicta Agnete, mandat P. P. dicto ep.o ut, prædictis coram decano, officiali et abbate processibus non obst., faciat super negotio principali justitiæ complementum. (*A.* 55, f. 207 v°; *V.* 129, n. 433.)

5 (non.) *dec.* T. XXX.

* **9128**. — *Archiep.o Lugdunen., et ep.o Valentin., ac abb. monast. s. Rufi Valentin.*, mand. ut de damnis per nob. Humbertum, dalphinum Viennen., illatis villæ de Romanis, Viennen. di., (quæ censualis et de jure ac proprietate Rom. Eccl. esse dignoscitur, quamque archiep.us Viennen., et capit. eccl. dictæ villæ, nomine Viennen. et ejusd. villæ de Romanis ecclesiarum, cum mero et mixto imperio, ac jurisdictione alta et bassa sub præfata Rom. Eccl. tenent), se informent et quæcumque invenerint in scriptis redacta, una cum processu ab ipsis aliarum litterarum eis desuper directarum vigore, habito quanto citius destinent; enumerantur damna passa tempore obsidionis villæ prædictæ. (*A.* 55, f. 214; *V.* 129, n. 443; 136, f. 119, n. 298; cf. n. 9359, 9362-9365; Daumet, n. 911.)

12 (II id.) *dec.* T. XV.

9129. — *Abb. monast. s. Sepulchri Cameracen., et nob. Geraldo de Ingenio, dom. de Haurech, Cameracen. di.*, mand. ut se informent de usu cujusd. domus in civit. Cameracen. constitutæ, quæ domus justitiæ nuncupatur, et quam pater Guillelmi, comitis Hanonniæ, a quodam armigero acquisivit, et de ejus juribus ac de modo quo dictus armiger tenebat et possidebat eamdem, et quæcumque super iis invenerint, in scriptis redacta, in præsentia ep.i Cameracen. et dicti comitis studeant solemniter publicare. (*V.* 129, n. 500; Riezler, n. 2117.)

21 dec. (XII kal. jan.) Gr. pro Deo.

9130. — *Archiep.o Cantuarien., et ep.o Cicestren., ac mag. Ricardo de Cadesleye, can. Saresbirien.*, mand. ut citent, (ut infra trium mensium spatium apost. se conspectui præsentet) Thomam de Hacfelt, qui pro rectore eccl. de Terringe, Cicestren. di., se gerit, quique violavit sequestrum præbendæ de Bere et de Chermynstre in eccl. Saresbirien. Super ipsa enim mag. Robertus de Turre, de Adria, can. Saresbirien., P. P. scriptor, contra Walterum de Wivill, qui pro thesaur. eccl. prædictæ se gerit, tres diffinitivas sententias in Palatio apost. reportavit; et tamen, lite pendente, idem Thomas sæculari favente potentia in ipsam se intrusit, et fructus sequestratos percepit. (*V.* 129, n. 497; Bliss, II, p. 555.)

31 dec. (II kal. jan.) T. XX.

* **9131**. — *Ep.o Virdunen.*, mand. ut super quibusdam excessibus perpetratis per justitiarios et burgenses civit. Meten. contra jura eccl. et ecclesiast. libertatem, informatione recepta, faciat quod de jure fuerit faciendum. (*V.* 129, n. 510; Sauerland, 785.)

4 (II non.) *jan. 1342.* Gr. pro Deo.

9132. — *Ep.o Nanneten., et Geraldo Judicis, ac Petro de Guilhosio, canonicis Andegaven.*, mand. ut Arnaldum, abb. monast. s. M. de Calma, O. S. B., Nanneten. di., seu procuratorem ejus inducant in corporalem possessionem dicti monast. et bonorum ipsius, et defendant inductum, amotis quibuslibet detentoribus; nam, ut ipse exposuit, Joannes, s. Salvatoris Rothonen., dicti ord., Veneten. di., olim ejusd. de Calma monast. abbas, et nob. Geraldus de Machacolio, dominus Radifiarum, dictæ di. Nanneten., qui se patronum et progenitores suos fundatores dicti monast. de Calma asserit, per se et gentes suas quominus dictus Arnaldus possessionem habeat impediunt, et dictus nobilis prætextu patronatus bona dicti monast. detinet occupata. (*V.* 129, n. 506.)

Datum *Avenione.*

BENEDICTI XII

LITTERÆ DE CURIA

ANNI VII (1341)

14 jan. 1341. (XIX kal. feb.)

9133. — *Motu proprio.* Unio paroch. eccl., « prioratus » nuncupatæ, de Lauduno, Uticen. di., per obit. Guillelmi, s. Stephani in Cœliomonte pr. card., de Agrifolio vulgariter nuncupati, in Curia Rom. defuncti, vacantis, suplicatione etiam L., ducis Aurelianen., pro priore et conv. monast. Cœlestinorum Avenion., O. S. B., secundum instituta b. Petri confessoris degentibus. — Sub data obitus præfati cardinalis. (*A.* 55, f. 55.)

27 jan. (VI kal. feb.)

9134. — *Capit. eccl. Mediolanen.* mandatur ne ad confirm. electionis, si qua in eccl. Saonen. facta est, et cujusvis alterius electionis in aliqua eccl. civit. et di., ac provinciæ Mediolanen. celebrata sit, vel celebrabitur in futurum, aliquatenus procedant, mandatum hujusmodi ad Saonen., et aliarum eccl., et capitulorum dictæ provinciæ notitiam deducentes, (*A.* 55, f. 27 (rub.); *V.* 129, n. 15 *de cur.*)

29 jan. (IV kal. feb.)

9135. — *Ep.o Urgellen.*, mand. ut Raimundum Arnaldi, natum nob. Guillelmi de Bellera, et nob. Sibiliam, natam nob. Arnaldi de Erillio, suæ di., ex utroque latere, paterno videlicet et materno, IV° consanguin. gradu ligatos, si ei constiterit ipsos scienter matr. contraxisse, tamdiu excommunicatos nuntiet et faciat nuntiari, donec ab invicem separentur et absolutionis mereantur beneficium obtinere. (*V.* 129, n. 2 *de cur.*)

1 (kal.) *feb.*

* **9136.** — *Ad fut. rei mem.* Confirmatur permutatio palatii episcopalis Avenionen., nunc Palatii apostolici, cum hospitio olim Arnaldi, s. Eustachii diac. card., nunc ad usum ep.i Avenionen. deputato. Sequitur tenor instrumenti hujus permutationis coram Petro, ep.o Prænestino, S. R. E. vicecancellario, et Gotio, patriarcha Constantinopolitano, factæ, anno Nativ. Domini 1336, die XVII^a junii; etc. (*V.* 129, n. 3 *de cur.*; Daumet, n. 805.)

10 (IV id.) *feb.*

* **9137.** — *Ad fut. rei mem.* Citantur Philippus de Bellojoco, can. Lingonen., et nob. Gaufridus, frater suus, qui cum complicibus, nocturno tempore, armata manu, januis fractis, castrum de Burgo, Lingonen. di., hostiliter invadentes, Joannem, ep.um, et familiares suos bonis spoliarunt; et die sequenti villam de Montigneio, ejusdem ep.i, invadentes armata manu, boves et jumenta numero 150 secum abduxerunt; quatuor homines, qui se iniquis eorum ausibus opposuerunt, crudeliter trucidantes, multa pejora ep.o et suis famil. minati sunt; posteaque duas alias villas episcopatus Lingonen. invadentes magnam prædam abduxerunt. Pro quibus excessibus Guillelmus, archiep.us Lugdunen., tunc vivens, de mand. P. P. publice citavit dictum Phi-

Datum *Avenione*.

lippum; sed inceptis processibus ipse diem clausit extremum. Quum vero dicti Philippus et Gaufridus posthac ab excessibus nequaquam destitissent, P. P. per publicum edictum eos citavit ut infra duorum mensium spatium apost. conspectui se præsentarent indeque processus facti sunt apost. auctoritate. Ipsi vero culpabiles interim Joannem Pougelat, Joannem Postel, Joannem Poisson, Henricum de Trecis, cives Lingonen., et alios subditos ejusdem ep.i ceperunt et detinuerunt in carcere in compedibus et catenis, panem et aquam tantum eis ministrarunt, quibusdam eorum dentes crudeliter extraxerunt, eos bonis spoliarunt et de carcere liberarunt post solutionem 1,500 lib. tur.; plures tandem occiderunt, et 20 numero lethaliter vulnerarunt. (*A.* 55, f. 42 (frag.); *V.* 129, n. 16 *de cur.*; cf. n. 8216; Daumet, n. 812.)

1 (kal.) *mart.* **9138.** — *Ep.o Tervisin.*, mand. ut faciat aperire quamdam capsam quæ est in domo fratr. Præd. Tervisin., sigillatam tribus sigillis, et clausam tribus clavibus, quarum unam prior ejusd. domus, aliam guardianus frat. Min. civit. Tervisin., tertiam vero capitaneus ejusd. civit. conservant, et si qua privilegia vel munimenta in ea repererit, quæ Rom. Eccl. contingere dignoscantur, ad P. P. illa quanto citius destinare procuret. (*V.* 129, n. 1 *de cur.*; Theiner, *Cod. dipl.* t. II, p. 102.)

30 apr. (II kal. maii.) * **9139.** — *Alfonso, Portugaliæ et Algarbii regi*, conceditur ad biennium decima omnium redditiuum ecclesiast. ab omnibus archiep.is et ep.is, etc. regni sui solvenda, necnon prædicatio Crucis contra Agarenos, et præsertim contra regem de Benamarin, qui pridem ad partes Hispaniarum cum catervis bellatorum innumerabilibus transfretavit; et contra regem Granatæ, etc. (*V.* 129, n. 5 *de cur.*; Raynaldi, an. 1341, n. III.)

Ut s. * **9140.** — *Archiep.o Bracharen.*, committitur receptio dictæ decimæ, a proximo festo s. Joannis Baptistæ ad biennium. (*V.* 129, n. 6 *de cur.*)

Ut s. * **9141.** — *Archiep.o Bracharen.*, mand. ut contra Agarenos partium Africæ et Granatæ in regno prædicto proponat et proponi faciat verbum Crucis, et illam devote suscipere volentium humeris imponat. (*V.* 129, n. 4 *de cur.*)

Ut s. * **9142.** — *Universis archiep.is, ep.is, abb., prior., decanis*, etc. *regni Portugaliæ et Algarbii*, mand. ut decimam omnium proventuum solvant archiep.o Bracharen., vel subcollectoribus suis. (*V.* 129, n. 7 *de cur.*)

16 maii. (XVII kal. jun.) **9143.** — *Bertrando, s. Marci, et Guillelmo, s. Stephani in Cœlio Monte pr. cardinalibus*, committitur ut, vocatis apud Sed. Apost. quos viderint evocandos, super nullitate et iniquitate processuum et sententiarum tempore Joannis XXII contra certas personas civit. Mediolanen. et aliarum civitatum Italiæ, olim per legatos apostolicos, vel per inquisitores hær. prav. factorum et latarum faciat justitiæ complementum: ex petitione Joannis, ep.i Novarien., Luchini de Vicecomitibus, militis, ac communitatum Mediolanen., Bergamen., Parmen., Cremonen., etc. (*V.* 129, n. 8, 27 *de cur.*)

1 (kal.) *jun.* * **9144.** — *Ad fut. rei mem.* Prorogatur terminus reservationis (factæ IV non. jun. a. V) ecclesiarum archiepiscopalium, episcop., ac collegiatarum, necnon abbatiarum et priorat., etc. infra terras R. E. subjectas consistentium, usque ad aliud biennium. (*V.* 129, n. 9 *de cur.*; 136, f. 120 v°, n. 299; cf. n. 7520; Daumet, n. 847.)

23 jul. (X kal. aug.) **9145.** — *Populo Urbis*, conceditur potestas eligendi et assumendi auctoritate apost. hac vice dumtaxat, pro sex mensibus, aliquem vel aliquos senatores Urbis, cum salariis, honoribus et beneficiis consuetis. (*A.* 55, f. 42 v° (frag.); *V.* 129, n. 17 *de cur.*; Theiner, *Cod. dipl.* t. II, p. 103.)

28 aug. (V kal. sept.) * **9146.** — *Magistris Ramundo de Chameraco, Ambianen., P. P. script., et Pontio de Perete, Carnoten. canonicis*, mand. ut inquirant et referant de perpetratis per Benedic-

Datum *Avenione.*

tum, Bartholomæum, Jacobum et quosdam alios suspectos, nominatos n. sequenti. (*V.* 129, n. 12 *de cur.*)

9147. — *Vacat.*

11 (v id.) *oct.*

9148. — *Eisdem mag.* committitur ut compleant inquisitionem factam contra Benedictum, decanum, Bartholomæum, thesaur., ac Jacobum de Plumbayrola, præp. s. Petri de Avellana, et quosdam alios qui nonnulla bona Raimundi, ep.i Cassinen., post ejus obit. rapuerunt et adsportarunt, et propterea dictus Jacobus apud Sed. Apost. detinetur; et mand. eis ut super his quæ invenerint faciant justitiæ complementum. (*V.* 129, n. 11 *de cur.*)

23 oct. (x kal. nov.) T. XXX.

* **9149.** — *Ad perp. rei mem.* — Decernitur ut nullus ex eis qui impetrarunt hactenus vel in posterum impetrabunt ab Ap. Sede litteras in forma pauperibus clericis beneficiandis reservata, ad canon. et præbendas eccl. collegiatarum, quorum grossi fructus, distributiones, redditus et proventus, certas summas taxatas et non taxatas ad decimam excedunt, quomodolibet admittatur. (*A.* 55, f. 138 v°; *V.* 129 n. 25 *de cur.*; Daumet, n. 896.)

9 (v id.) *nov.* T. D.

* **9150.** — *Ad perp. rei mem.* Statuuntur ordinationes per P. P. factæ super reformatione pacis inter Guillelmum, comitem Hanoniæ, ac Joannem de Hanonia, dom. Bellimontis, ejus patruum, ex una parte, et Guillelmum, ep.um Cameracen., ac cives civitatis et comitatus Cameracen., ex altera. Præmittitur longa narratio guerræ inter dictas partes exortæ ex eo quod Eduardus, rex Angliæ, prætendens se vicarium Imperii pro Ludovico de Bavaria eumdem ep.um citari fecerat sub privationis et amissionis omnium feudorum pœna, ut coram eo compareret. Post hæc autem inter cætera statuitur ut dictus comes voluntati et beneplacito P. P. totaliter se submittens restituet castra et bona indebite occupata; solvet 11,000 lib. usualis monetæ pro fructibus ab initio guerræ perceptis; ac construet et dotabit duas capellas: unam in Cameracen. et alteram in monast. de Cambrone, Cist. ord., Cameracen. di. ecclesiis; quibus et aliis mediantibus absolvitur. (*A.* 55, f. 47 v°; *V.* 129, n. 21 *de cur.*; cf. n. 9053; Riezler, n. 2113; Daumet, n. 898.)

Ut s. T. CCC.

* **9151.** — *Abb. monast. S. Nicasii Remen., et officiali Cameracen.*, mand. ut omnes et singulas personas eccl. sæc. et regulares comitatus Hanoniæ et dominii nob. Guillelmi, com. Hanoniæ, ac Joannis de Hanonia, dom. Bellimontis, quæ excom. sententiam incurrisse noscuntur propter damna illata Guillelmo, ep.o, et eccl. Cameracen., juxta formam Eccl., absque cujuslibet solutionis aut exactionis onere, absolvat et super irregularitatibus dispenset. (*A.* 55, f. 157; *V.* 129, n. 24 *de cur.*; Riezler, n. 2114; Daumet, n. 899.)

24 nov. (VIII kal. dec.) T. CXX.

* **9152.** — *Ad fut. rei mem.* Absolutio ex consensu Guillelmi, ep.i Redonen., conceditur nob. Joanni vicecomiti Bellimontis, Cenomanen. di., ab excom. sententiis tam ordinaria, quam apost. auctoritatibus in eum prolatis, ex eo quod quemdam pr., ipsius ep.i nuntium, litteras deferentem et infra septa monast. s. Melanii Redonen., O. S. B., tunc existentem, gladio evaginato compellerat comedere litteras memoratas; plures sacerdotes et clericos ejusdem ep.i vicarios capi fecerat et diu carceri mancipatos detinuerat; blada etiam et bona dicti ep.i, cujus est vassallus, indebite occupaverat. Prædictus vicecomes 3,000 flor. auri et manerium de Radanea eidem ep.o restituet, ejus jurisdictionem non perturbabit et injuriam passis integre satisfaciet, etc. (*A.* 55, f. 51; *V.* 129, n. 22 *de cur.*; cf. n. 9096, 9109; Daumet, n. 904.)

Ut s. — T. LXXX.

9153. — *Dolen., et Engolismen., ac Leonen. ep.is*, mand. ut si eis constiterit ipsum vicecomitem contra prædicta ipsi injuncta aliquid fecisse, et infra 20 dierum spatium post lapsum terminorum assignatorum omnia et singula injuncta per documenta le-

Datum *Avenione.*

gitima non docuerit observasse, ipsum in præfatas excom. sententias recidisse declarent. (*A.* 55, f. 53 v°; *V.* 129, n. 23; Daumet, n. 905.)

30 nov. (II kal. dec.) T. V.

* **9154.** — *Guidoni Guidonis, decano s. Vincentii de Monteregali, Carcassonen. di., et Berengario Bricii, can. Mirapiscen., lic. in leg.*, mand. ut ad sæcularem eccl. s. Aphrodisii Biterren. se personaliter conferentes, libros et quaternos receptorum et expensorum a XII annis citra faciant sibi exhiberi, et de excessibus per Andream, abb., et nonnullos can. ejusd. eccl. circa administrationem bonorum capit. commissis, aliisque reformationem ipsius eccl. concernentibus inquirant et referant. (*A.* 55, f. 43; *V.* 129, n. 18 *de cur.*; Daumet, n. 906.)

Ut s.

* **9155.** — *Eisdem Guidoni et Berengario*, conceditur potestas relaxandi juramenta, per quæ circa præmissa posset veritas occultari et reformatio impediri. Sequitur mandatum concernens sex perpetuas capellanias per quond. Berengarium, Tusculan., tunc Biterren. ep.um, et quinque per quond. Berengarium, ep.um Portuen., ac unam per antedictum Guillelmum, ep.um Biterren., in eccl. Biterren. fundatas, cujus Portuen. ep.i testamentarii exsecutores sunt iidem Guillelmus, ep.us, et Andreas, abbas, ipsius germani. (*A.* 55, f. 46; *V.* 129, n. 20 *de cur.*; Daumet, n. 907.)

10 (IV id.) *dec.*

9156. — *Eisdem Guigoni et Berengario*, facultas conceditur exigendi, eundo, stando et redeundo, pro suis stipendiis, 50 solid. tur., singulis diebus, a Guillelmo, ep.o Biterren., ab abbate prædicto et a capitulis majoris et ejusd. s. Aphrodisii Biterren. ecclesiarum. (*A.* 55, f. 45 v°; *V.* 129, n. 19 *de cur.*; Daumet, n. 912.)

12 (II id.) *dec.*

* **9157.** — *Joanni Augerii, decano eccl. Belnen., Eduen. di., Apost. Sed. nuntio*, mand. ut citet Henricum de Geldonia, can. Cameracen., multa mala contra Philippum, regem Franciæ, machinantem et de fautoria Ludovici de Bavaria infamatum, ut infra certum terminum apost. conspectui se præsentet. (*V.* 129, n. 14 *de cur.*; Daumet, n. 915.)

18 dec. (XV kal. jan.)

9158. — *Joanni de Pererio, can. Forojulien., Sed. Apost. nuntio in Tuscia*, mand. ut de pactionibus, promissionibus, donis, et aliis forsitan simoniacis pravitatibus in electione Philippi, prioris sæc. s. Petri Scaradii Florentin., P.P. cap., ad episcopatum Florentin., tunc et adhuc per obit. Francisci vac. interventis diligentius se informet, et quæcumque invenerit in scriptis PP. studeat assignare. (*V.* 129, n. 13 *de cur.*)

Datum *Avenione.*

BENEDICTI XII

LITTERÆ DE RECONCILIATIONE CIVITATUM LOMBARDIÆ ET ITALIÆ SUPERIORIS

ANNI VII (1341)

---

7 (non.) *maii.* * **9159.** — *Ad perp. rei mem.* Cassantur processus facti et sententiæ latæ contra Joannem, ep.um Novarien., et nob. Luchinum de Vicecomitibus, mil. Mediolanen., fratres, qui involuti fuerunt injuste in processibus, tempore Joannis XXII habitis, contra Mathæum, patrem, et quond. Galeacium, Marcum, ac Stephanum, fratres ipsorum, de hæresi condempnatos. (*V.* 129, n. 26 *de cur.*)

15 (id.) *maii.* * **9160.** — *Joanni, ep.o Novarien., et nob. Luchino de Vicecomitibus, de Mediolano, mil.*, committitur vicariatus civit., comitatus et districtus Mediolanen.; vacante enim Imperio Romano regimen, dispositio, administr. et gubernatio ejusd. Imperii ad PP. et Sed. Apost. pertinent. Sequitur tenor juramenti fidelitatis a dictis vicariis præstandi; necnon instrumentum procuratoriæ ab iisdem factæ, anno 1339, die jovis 28 oct., ad comparendum coram Pontifice et submissionem faciendam. (*V.* 129, n. 28 *de cur.*; Raynaldi, an. 1341, n. 29.)

Ut s. * **9161.** — *Civitatis Mediolanen., necnon castrorum, villarum, terrarum, et aliorum locorum comitatus et districtus ejusd. communitatibus, et universitatibus, ac personis singularibus eorumdem*, mand. ut dictis Joanni et Luchino, vicario, seu vicariis, et officialibus eorum, in omnibus ad vicariatum spect. pareant et intendant. (*V.* 129, n. 29 *de cur.*; Riezler, n. 2101.)

Ut s. * **9162.** — *Joanni, et Luchino* præfatis, committitur vicariatus Placentiæ ac Lauden. civit., necnon Cremæ, Caravagii, Martinengi, ac Castrinovi Bucceadue castrorum, Mediolanen., Bergamen. et Cremonen. di. (*V.* 129, n. 30 *de cur.* — 22 pag.; Riezler, n. 2100.)

Ut s. * **9163.** — *Placentiæ, ac Laudæ civit., necnon Cremæ, Caravagii, Martinengi, et Castrinovi Bucceadue castrorum Mediolanen., Bergamen. et Cremonen. di., communitatibus, ac universis incolis et personis comitatuum et districtuum eorum*, mand. ut dictis Luchino et Joanni, vicario, seu vicariis, et officialibus eorumd. pareant et intendant in omnibus ad vicariatus off. spect. (*V.* 129, n. 31 *de cur.*)

Ut s. * **9164.** — *Ad perp. rei mem.* Absolvuntur communitates, populi, homines et loca civit., comitatus et districtus Mediolanen. a sententiis et pœnis in quibus inciderunt propter adhæsionem et fautoriam Ludovici de Bavaria, antipapæ, et aliorum hæreticorum. (*V.* 129, n. 33 *de cur.* — 12 pag.; Raynaldi, an. 1341, n. 20; Riezler, n. 2102.)

Datum *Avenione.*

16 maii. (XVII kal. jun.) * **9165.** — *Ad perp. rei mem.* Eadem absolutio pro communitatibus, populis, et locis civit. comitatus et districtus Bergamen. (*V.* 129, n. 34 *de cur.* — 10 pag.; Riezler, n. 2103 A.)

Ut s. * **9166.** — *Ad perp. rei mem.* Eadem absolutio pro commun., populis, ac locis civit., comit., et districtus Bobien. (*V.* 129, n. 40 *de cur.* — 8 pag.; Riezler, n. 2103 F.)

Ut s. * **9167.** — *Ad perp. rei mem.* Eadem absolutio pro comunitatibus, populis ac locis civit., comitat., et districtus Cremonen. (*V.* 129, n. 37 *de cur.* — 10 pag.; Riezler, n. 2103 C.)

Ut s. * **9168.** — *Ad perp. rei mem.* Eadem absolutio pro commun. et hominibus castri de Soncino et ejus districtus, Cremonen. di. (*V.* 129, n. 42 *de cur.* — 9 pag.; Riezler, n. 2103 H.)

Ut s. * **9169.** — *Ad perp. rei mem.* Eadem absolutio pro commun. et pop., ac locis civit., comit., et districtus Cuman. (*V.* 129, n. 39 *de cur.* — 9 pag.; Riezler, n. 2103 E.)

Ut s. * **9170.** — *Ad perp. rei mem.* Eadem absolutio pro communitatibus, populis, et locis civit. et districtus Novarien. (*V.* 129, n. 36 *de cur.* — 10 pag.; cf. n. 9233; Riezler, n. 2103 B.)

Ut s. * **9171.** — *Ad perp. rei mem.* Eadem absolutio pro communitate et hominibus Burgi sancti Donnini, Parmen. di. (*V.* 129, n. 41 *de cur.* — 8 pag.; cf. n. 9231; Riezler, n. 2103 G.)

Ut s. * **9172.** — *Ad perp. rei mem.* Eadem absolutio pro commun., pop. et locis civit., comit. et districtus Vercellen. (*V.* 129, n. 38 *de cur.* — 9 pag.; cf. n. 9232; Riezler, n. 2103 D.)

23 maii. (X kal. jun.) * **9173.** — *Ad perp. rei mem.* Eadem absolutio pro communitatibus, populis et locis civit., comit. et districtus Papien. (*V.* 129, n. 35 *de cur.* — 10 pag.; Riezler, n. 2105.)

1 (kal.) *jul.* * **9174.** — *Cuman., et Cremonen., ac Lauden. ep.is,* committitur ut alias singulares personas, quarum nomina hic expressa in superioribus absolutionum litteris non includuntur, civitatum, comitatuum, locorum, et districtuum prædictorum, absolvant, et corpora illorum qui decesserunt tradi faciant ecclesiasticæ sepulturæ. (*V.* 129, n. 43 *de cur.* — 7 pag.; Riezler, n. 2106.)

4 (IV non.) *jul.* **9175.** — Pro *Joanne et Luchino,* vicariis civitatis, comitatus et districtus Mediolanen., vacante Imperio, prorogatur ad alios quindecim dies terminus duorum mensium eis concessus, infra quem omnia et singula in litteris sui vicariatus contenta complere debebant. (*V.* 129, n. 32 *de cur.*; Riezler, n. 2107.)

APPENDICES AD SEPTIMUM BULLARII BENEDICTI XII ANNUM

I

Instrumenta miscellanea Vaticana quæ in capsula anni 1341 reperiuntur.

Matiscone. Mense *jan.*

9176. — Acta Petri de Monteverduno, can. Matisconen., vicesgerentis officialis Matisconen., contra nob. Philippum de Chanveyero, mil., ballivum Matisconen., qui impediebat quominus commissarius apost. colligeret bona quond. Guillelmi, archiep.i Lugdunen. (Orig. perg.)

Datum *Avenione.* *21 jan.* (XII kal. feb.)

